o Materteram. Nota cautè, quia non repetit adoptiuam materteram &c. quia matertera, vel auunculus non fit adoptione, vt hic & j. eod. §. eius. & ff eo. l. si qua. §. fi. sed contra videtur. ff. de ritu nup. l. p adoptionem. §. pe. Respon. illud intelligitur qñ adoptio in nepotem, quasi ex filia natum, vel in pronepotem quasi ex nepote nato ex filia: qđ possũ, sicut si nullum haberem filium: vt j. titu. 1. § licet, tunc enim soror, & frater eius, loco cuius filij facta est adoptio, est matertera, & auunculus: alij mihi filij sui, vt patet: & sic non imitatur naturam: quia aliter nepos ex filia naturali, & legitima non est in potestate: hic aũt cum suis cõcordantijs loquitur, qñ aliquam adopto in filiam t hæc quidem nõ erit matertera filij nati ex alia mea filia naturali, & legit. ma Sed quæ est ratio diuersitatis? Respon quia altero casu, scilicet quando adopto in nepotẽ ex filio: est commodũ materteræ, & auunculo: quia maiores quidem parentes imperant minoribus: quod secus est in aduerso casu: ex hac depẽdet alia, vt naturales, & legitimi sunt adoptiuo subiecti, & est ridiculum. econtrario casu esset æquum.
ADDITIO. Hanc rationem reprobant Christoph. & Ias. hic: tum quia inter collaterales non est huiusmodi reuerentia: ut not. in § inter eas, sup. eod. tum quia idem videretur dicendum in patruo, & amita. Itẽ quia esset contra vers. eius verò j eo. Et assignat aliam rationem: quia in d. §. si adoptatus agnoscitur existenti in agnatione adoptantis, puta filiæ: hic aũt non existentibus, puta filijs filiæ, quod fieri non põt vt ff de adoptio. l. qui adoptionem.
p Materteram magnã. Magna matertera soror auiæ maternæ est: amita magna soror aui paterni est: vt j de grad.

a Et hoc cõiter tenetur, ex quo sequitur quod filij Iudeorum obseruantium hũc §. nõ sunt legitimi quia tã eis, quam nobis hæc lex correcta est, arg. l. Iudæorum. C de iud. Ang.

a Ista cōi ter approbatur: ꝓ quo facit glo. in §. quarto gradu. in verbo, auūculus. j. de grad. sm̄ Az.

grad. cogna § 4. Sed qd de fratre aui materni? Rñ. est patruus magnus: j. vt C. de suc. edic. l. j licet Pla. j. vt ibi notat. Sed cum sint in quarto gradu, quare prohibentur: vt j. eo. §. fratris? Respon. quia hę personæ sunt de superioribus transuersalibus, quæ habentur loco parētū: vt in hoc §. &c. quia ipsa est j primo gradu stipites: ut nu j. eo §. sed nec neptē. Et licet no. caute. ꝓ ordo transuersalium subdiuidit in tres partes s. j. & ex latere, ut j. de grad. §. iij. iiij v. & vj & maior est abstinentia versus superiores: vt hic, & inferiores, vt j. eo. § fratris q̄ transuersales: vt j. eo. § duorum.

*Affinitatis veneratione, eam quæ olim mihi priuigna, nurus, socrus, vel nouerca extitit, vxorem ducere non licet, multoque minus licebit, si adhuc mihi sit priuigna, nurus &c.*

*Quoties eiusdem dispositionis duæ sunt rationes, sublata è duob. altera, nō ob id cessat dispō reliqua remanente.*

Adfinitatis quoq; veneratione a quarundam a nuptijs abstinere necesse est. Vt ecce priuignam, b aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræq; filiæ loco sunt. c

¶ Affinitatis, Diuiditur in septem partes. Nam primo ponit quādam prohibitionem in gñe. Secundo, illā prohibitionē exemplificat i nuru & priuigna. Tertio, rōnem ꝓhibitionis factæ de nuru, & priuigna assignat. Quarto, dictam prohibitionem de nuru factam modificat. Quinto, rationē dictæ modificationis assignat. Sexto, modificat prohibitionem circa priuignam. Septimo rationem dictæ modificationis assignat. Secūda pars incipit ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Quia vtraque. Quarta ibi, Quod ita scilicet Quinta ibi, Quia eadē. Sexta ibi, Item si. Septima ibi, Qui duas.

Domine. iam vidi de impedimentis nup. interuenientibus rōne cognationis, tam ex linea directa, quā ex transuersali Nunquid adhuc plura sunt impedimenta nupt. Respon. Imper. ꝙ sic. Nam non solum rōne cognationis: sed etiam rōne affinitatis impediūtur nupt. Rōne enim affinitatis à quarundam mulierū nuptijs abstinendum est. Nam priuignam, vel nurū tuam vxorem ducere prohiberis quia vtraque illarum tibi loco filiæ est: sed hæc specialis prohibitio locum habet, si fuit nurus tua, & nunc non est, uel si fuit priuigna tua, & nunc non est. Nam si est adhuc nurus tua i. si adhuc cōstat matrimoniū īter ipsam, & filium tuum adhuc viuentē: naturali, gñali, & cōi rōne tibi nubere non poterit. quia viuente filio tuo marito eius, nec tibi, nec cuiuis alij nubere poterit. Eadem enim mulier duobus viris simul nubere nō pōt. & idem iuris est in priuigna tua. Nam priuigna tua, si adhuc est priuigna tua, id est si mater eius adhuc tibi nupta est, specialis prohibitio nuptiarum inter te, & ipsam ꝯhendarum locum non habet: qa durante matrimonio inter te, & matrem eius gñali, & cōi rōne non poteris cum ipsa ꝯhere, quia eodem tempore duas habere uxores non poteris. Et non solū inter has personas prohibentur nuptiæ rōne affinitatis, sed etiam inter plures alias Socrum n. tuam, id est matrem uxoris tuæ, uel nouercam tuam, id est, uxorem patris tui vxorē ducere prohiberis: quia vtraq; istarū loco matris tibi est, & hæc similr ꝓhibitio spālis, sicut in casu superiori, tunc demū locū habet, cum solutū fuit matrimonium, quod est causa affinitatis. Nā si adhuc est tua nouerca. i. si adhuc patri tuo nupta est, gñali rōne nuptiæ inter te, & ipsam prohibētur: quia viuente patre tuo marito eiusdem, nec tibi, nec cuiuis alij nubere pōt, quia eadem mulier duobus simul, & eo. tpe nupta esse nō pōt. & idem iuris est in socru tua. Nā si adhuc est socrus. i. si adhuc filia eius tibi nupta est: gñali rōne cū ipsa contrahere prohiberis quia simul duas vxores habere non poteris. Sed ponamus, ꝙ Petrus filiū ex vxore legitima habuit: similiter & Berta ex marito iam mortuo habuit filiam. ponamus ꝙ Petrus mortua vxore ꝯhit matrimoniū cū Berta, certē durante mrīmonio inter Petrū & Bertā, filius Petri, quē habuit ex alia vxore, cū filia Bertę q̄ suscepit ea alio marito, licitè poterit mrīmonium ꝯhere: & licet filii ex mrīmonio īter Bertā, & Petrū ꝯcto nati, corū fratres sint cōes: ipsi tamen nec naturali, nec ciuili iure cōiunguntur. Sed ponamus, quid si diuortium sit celebratum inter Petrum, & vxorē suā: & Berta post diuortium contrahit cum secundo marito, & ex eo suscipiet filiam: modo quæritur, vtrum Petrus quondam maritus Bertæ possit contrahere cum filia Bertę ex secundo matrimonio nata? Et videbatur ꝙ sic. nam ista filia Bertę non est priuigna Petri quondam mariti Bertę: quia priuigna propriè dicitur filia uxoris tuæ, quam habuit, ante quā tibi nuberet: sed ista filia nata fuit ex secundo mrīmonio post diuortiū inter Bertā, & Petrū celebratū: ergo nō est ꝓpria priuigna Petri. Iulian⁹ tñ i hoc casu dicit ab huiusmodi mulieris nuptijs rōne honestatis esse abstinendum & hoc ꝓbat per duo argumenta a simili. Sponsa enim filij non est nurus patris, & tamen à nuptijs hmōi mulieris abstinendū est: quia neque pater cum sponsa filij, nec filius cum sponsa patris contrahere poterunt. A simili concludit: licet enim huiusmodi filia non sit priuigna Petri quondam mariti eiusdem Bertę: tamen inter ipsam, & Petrum matrimonium consistere non potest. h. d. vsque ad §. illud certum Franciscus.

Quod ita, s. accipi debet, d si fuit f nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est: e id est, si adhuc nupta est f filio tuo: alia ratione g vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta esse non pōt. Item si adhuc priuigna tua est, id est, si mater ei⁹ tibi nupta ē: ideo eā vxorē ducere nō poteris, qa duas uxores eodem tēpore habere non licet. h

*Cum socru, vel nouerca præsenti, vel præterita matrimonium contrahi non potest. Ar.*

¶ Affinitatis. Est autem affinitas regulariter personarū ex nuptiis coniunctarū oi carēs parētela. s. sanguinis: vt ff. de gra. affi l. non facile. § affines. & §. sciendum est. ideo di ex nuptijs: quia sine nuptijs contrahi non potest, sed secundum canones etiā sine nuptijs. Sed cum vxor videatur affinis viro: quare permittitur matrimonio nri? Respon non est affinis, sed causa affinitatis: sicut unitas non est numerus, sed principium numeri. Accur.

a Quarundam. Scilicet mulierum.

b Priuignam. Hæ nomina exponūtur statim proxi. in uers quod ita &c.

c Loco sunt. Facit ad hoc ff. solut. matr. l. quia. & l. rei iudicatæ § si.

d Accipi debet. Scilicet hæc prohibitio.

e Nurus tua est. Quæ contineatur appōne istarum, dic, ut ff. de rit. nup l. adoptiuus §. nunc uideamus.

f Nupta est. arg sumit hic, & ex ꝓxi § si quis habet gñale auxiliū, non dēt petere spāle: ut ff de mi l. l cautæ. j. rñ. & de ver. ob l. dolī, & ff de ed. l. q̄dā sūt.

g Alia ratione. Non solum supradicta.

h Non licet. Imo efficitur infamis: ut C. ad legē Iul. de adult. Imper.

f Sic uerba p̄teriti tpis sunt abnegatiua p̄ntia sm Por. Ægi. Per.

f Vel iō dr affinitas, quia vnus tendit ad finē alteri⁹ & ecōuerso secundum Christoph.

f Hoc reꝓbat Angē quoad mrīmoniū ꝓhibendū, ꝑ l. adoptiu⁹. §. ꝯ pudorē. ver. idē tñ. ff. e. & ff. de ri. nupt. f. nihil interest?

f Vide c. discretionem. & c. sem̄p. ex. de eo qui cog. cōs. vxo.

f Contra hū tenēt Christoph. & Ias. in uxore, licet sit secus i sponsa.

de adul. l. eum qui. ADDITIO Idem in hñte duas sponsas vel concubinas. seu vxorem & concubinam: vt est gl no in §. si vero effusa super verbo consisten te in Authen quibus modis nati. effi. sui. licet de facto non obseruetur. vt hic per Ias. vir vxori deficiēte omni parētela, et excluso fisco. vt C. unde vir & uxor. l. prima & in authen. ibi assignata. Acc.

l Priuigna Quia illa est priuigna mea, quæ ex mea uxore est nata, antequam esset vxor, & fœminę ille est priuign°, qui ex marito natus fuit ante quã suus esset maritus, vt su. eo §. affinitatis. & § so. crũ Sed hæc postea fuit nata. Tamē dicit Iulianus abstinē dũ rõe honestatis. vt subijcit, & ff de ritu nuptiarum l. si qua §. si uxor. & l. semper & ad hoc inducit duo argumenta. Nam &c. Accur.

¶ Socrum. Diuiditur in quatuor partes: quia primo ponit unũ dictũ prohibitiuũ, cũ rõne. Scdo illud modificat Tertio modificatũ declarat circa nouercã cum rõne. Quarto declarat circa socrũ, cum rõne. Secunda ibi, quod & ipsum. Tertia ibi. Alioqn. Quarta ibi. Item si.

a Socrum. Quę sint hæ personæ, dic ut ff. eo ti. de ritu nup. l. adoptiuus § nunc uideamus.

b Prohibitum. Iure aff & ad huc refertur illud. Quod & ipsum &c.

c Affinitate. Hæc litera sibi 𝔷ria videtur nam si dissoluta est affinitas nõ ergo debent nuptię ratione affinitatis impediri. Sed dic dissoluta &c. id est, dissoluto matrimonio, propter quod cõtingit affinitas. sed ipsa affinitas non est dissoluta.

ADDITIO Cõcordat cum hac gl. ca. fraternitatis. § porrò. & ibi gl. xxxv. q x quo ad matrimonium; secus quo ad alia, vt 3. quæst. vij. & affinitatis Ang.

Socrum [a] quoq;, & nouercã prohibitum [b] est vxorē ducere, quia mrĩs loco sunt: Quod & ipsum dissoluta demum affinitate [c] pcedit. Alioqui si adhuc nouerca [u] est. id est, si adhuc patri tuo nupta est communi iure impeditur tibi nubere, qa eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, idest si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas vxores habere non potes. [e]

*Filius ex vxore præmortua contrahere potest matrimonium cum filia vxoris ex marito præmortuo.*

Mariti [f] tñ filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel cõtra, [g] mrĩmoniũ rectè cõtrahũt, licet habeant [h] fratrē, sororēve [i] ex matrimonio postea [k] contracto natos.

*Etiam ob publicam honestatem, à quibusdam nuptijs abstinetur, quamuis nullum cognationis, vel affinitatis obstaculum adsit.*

Si vxor tua post diuortiũ ex alio filiã procreauerit, hęc non est qdem priuigna [l] tua, sed Iulianus ab hmõi nuptijs abstineri † debere ait. Nã cõstat, nec sponsam filij nurũ esse, [m] nec prĩs sponsam nouercam esse: rectius [n] tñ & iure facturos [o] eos qui ab hmõi nuptijs abstinuerint.

*Inter suos etiam manumissas cognatio impedit matrimonium contrahendum.*

Illud certum est seruiles [p] quoque cognationes [q] impedimento nuptijs eē, si fortè pr̃, & filia aut frater, & soror manu

m Nurum esse. Licet sit sponsa, tamē non est nurus ante quã eius fiat vxor & e contra, licet sit sponsa patris, quia tamen non est uxor patris adhuc, ideo non est filij nouerca: vt hic. & ff. de ritu nup l. si qua § j. & tamē licet nulla sit affinitas, est abstinēdum. vt subijcit, Rectius &c.

n Rectius. A simili concludit, in casu proposito primo in huc §

o Facturos. Scilicet fecimus: vel constat.

q. Illud certum est.

3 Istam reprobãt Io. Fab & Ang. hic. quia non reperitur iure cautũ, & contrariũ ibi not quãuis Io. de Plac. eum sequatur.

4 Quæ oritur ēt ea sponsa lib de futuro, & de factu contractis, vt uõ possit 𝔷hi eum aliquo primi 𝔷hētis cõsanguineo: vt c. vnico. de despõ. im pub. in 6. An.

5 Idē in sponsa alicuius, q̃ nullus cõsāguineo eius sponsũ põt ducere vxorē. vt i c. spõsã. ex de sponsa. & matri.

x Sic per sola sponsalia non 𝔷hit affinitas, sed p nuptias sm Ang.

d Nouerca. Sic dicta, quasi nucẽa arcus, vel quia noua est arca, quasi sine fructu, & facit. ff. de inoffic. testa. l. 3 in fi. & l. 4

e Non potes. Aliàs non possis, scilicet eodem tempore subaudi: ut supra prius. §.

f Mariti. Licet inter se frater. & soror prohibeantur: ut sup. eo. §. inter eas tamen &c.

g Vel contra. Id est contrariu.

h Habeant. Illi minores.

i Ex matrimonio. Maiorum.

k Postea. s. post natiuitatem istorũ, & sic aduerbiũ, postea determinat dictionē 𝔷cto. Vel dic q determinat verbum, habeant & dic 𝔷cto, scilicet prius. Nam qui ex eo matrimonio scilicet maiorum, nascũtur, fratres sunt ex parte matris illi qui natus est, vel nata prius ex fœmina. Idem dicas econtra q erit frater, vel soror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tñ isti nullo iure sibi adinuicem iungũtur viri enim cognati uxoris iungũtur, & nõ alijs cognatis uiri. Itē ecõtra, quia cognati uiri uxori iunguntur, non autem alijs cognatis uxoris. Vnde reprobatur quorundam opinio qui dixerunt, q nullus de arbore ducit alium. Nam in ea continentur cognati uiri, & uxoris. & tamen iungunt, ut hic dr̃. Nec inter se ante matrimonium inter duos cognatos uiri, & uxoris cõtractum succeduntur C. commu de succes. l. amitę, nec postea. nisi sicut iacit

CASVS. Domine, uidi de impedimentis, nuptiarum interuenientibus, tam ratione cognationis quàm etiam ratione affinitatis: nunquid adhuc sunt plura impedimenta nuptiarum? Respondet Iustinianus quod sic Non solum enim impediũtur nuptiæ ratione cognationis inter liberas personas, sed etiam inter seruos. Nam seruiles cognationes præstant impedimentum nuptijs: ueluti si pater, & filia manumissi fuerint, & frater, & soror. Nam inter istas personas obstante cognationis impedimento, licet ad libertatem peruenerunt, nuptię considere non possunt. Sũt & aliæ personæ multæ, quæ propter diuersas causas inter se matrimonium contrahere prohibentur: quas quidem personas in latioribus libris Digestorum, seu Pandectarum enumerari permisimus h d vsque ad § si aduersus. Franc.

p Seruiles Id est, dum durant serui.

q Cognationes. Id est, consanguinitates, quæ sunt inter seruos, & impediunt nuptias inter eos. Item affinitates, vt hic, & ff de ritu nup. l. adoptiuus. §. seruiles. Sed quõ hoc, cum nulla cognatio sit inter eos: vt j de capi. dimin §. quod autem? Sed illud in iure succedendi, & in tutela, vel hæreditate dē, hoc autē in iure sanguinis, quod nullo iure ciuili tolli põt: vt hic. & ff de reg. iu. l. iura sanguinis & per consequēs etiam in prohibitione matrimonij. Sed nõne & alia ratione inter eos matrimoniũ impeditur: quia sunt serui, vt ī eo. j. respon & C de incest. nup. l. cum ancillis? Respon. durante seruitute hæc sunt duo impedimenta: & eis manumissis durat hoc vnũ, vt sequit.

Manumissi

1 Imò quasi nouna domus princeps à patre super inducta, quasi νέαρχος ad accersendã familiam.

2 Intellige prius, s. quã isti duo contrahant matrimonium Ias.

a Facit capi. pe. & c. quod sup his. ex de cõsangui. & affinit.

mis si fuerint. [a]

*Ponit generaliter quasdã esse personas, inter quas non potest constitui matrimonium. Ang.*

Sunt & aliæ personæ [a] quæ propter diuersas rationes nuptias contrahere prohibentur: quas in libris Digestorũ, seu Pandectarum ex veteri iure collectarum enumerari [b] permisimus.

*Vbi nuptiæ contra legum interdicta celebratæ fuerint, ibi neque nuptiarum neque uiri, neque vxoris neque dotis vllum ius erit vel appellatio: at has contrahentes pœnas hic traditas, aliasque plures incurrunt.*

Si aduersus ea, quę diximus, [c] aliq coierint nec vir, nec vxor nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque [d] hi qui ex eo coitu nascunt, in potestate patris nõ sunt: sed tales sunt (quantũ ad patriam potestatẽ [e] pertinet) quales sũt hi, quos mater vulgo [f] concepit. Nam nec hi [g] patrem habere intelliguntur. cũ & his pater incert[h] sit. [h] vnde solẽt spurij appellari. † παρὰ τὴν σποράδην [i] ἀπάτορες [k] quasi sine patre filij. Sequitur [l] ergo, vt dissoluto tali, coitu, nec dotis, nec donationis exactioni. [m]

[a] Manumissi fuerint. Vel ambo. & tunc tantum est impedimentum sanguinis, vel unus tantum: & tunc duo sunt quæ impediunt: ut modo diximus.

[b] Enumerari. Possunt autem enumerari quatuordecim modi cum his quos in hoc ti. habemus. Primus est ratione seruitutis. vt ã. e. t. rñ. & C. de incest. nup. l. cũ ancillis. Secũdus est ratiõe ætatis. vt mares minores 14 annis, fœminæ minores 12. vt infra eod. 2. respõ. Tertius est ratione sanguinis: quod in tria diuiditur, ascendentes, descendentes, & collaterales. vt s. eod. §. ergo. & §. inter eas. & § fratris & § e.[9] & §. duorum. Quartus ratione adoptionis: vt s. eo §. ergo. & §. inter eas in fine vtriusq;. Quint[9] rõne affinitatis præsentis, præteritæ, & futuræ. vt s. e. §. affinitatis. & §. socrum. & §. si vxor. Sext[9] ratione matrimonij. Nam si habet vnam non debet habere alteram eodẽ tempore, aliàs est infamis: vt s. eo. § socrum in fi. & §. affinitatis, in fi. C. ad leg. Iul. de adul. lege eum. Septimus per senatusconsultum, qđ vetat fieri matrimoniũ inter tutorem, & curatorem & filios eorũ ad quandã pupillam & adultam suã, vel patris: [3] vt C de interdict. matrimo. inter tuto. l. 1. Octauus per legem Papiam, & Iuliam, scilicet inter senatores, & eorum liberos & libertas vel alias vilis conditionis fœminas, vt ff de ritu nup. l. Iulia. & C. de nupt. in l. si libertam. qđ capitulũ hodie correctum est: vt in Auth. vt libe. de cæ §. si quis aũt. colla. 6 Nonus est vt, inter præsidem. & sibi subiectam ratione Iurisdictionis vt C. de nup. l. & si contra, & C. si quacunq; præd. po. l. j. Decimus est per constitutionem principis. vt cum ea quã quis de sacro fonte leuauit: [a] vt C de nup. l. si quis alumnam. in fi. Idem seruatur de ipsa commatre: licet nostro iure cautum non reperiatur: [3] Vndecimus est ratione honestatis. vt s. eo §. si vxor & ff eo. l. si qua. §. [1] & duodecimus rõne ordinis ut neat vt cum clericis in sacris ordinibus constitutis: vt in Auth quomo. oportet episco § nos que autẽ, col. la. 1. in Auth de sanct. epis. § si quis, col la. 9. [4] Est tertiusdecimus. vt in monialib. & cõuersis monachis licet non sint in sacris ordinibus constituti, vt i Authen de monachis § antep. coll. 1 & in Auth de nup. § distrahuntur. versic. per occasionem, colla. 4 Et est decimusquartus in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori, quod prohibetur: vt in Auth. de rapt. mul q ra nubunt § 1. colla. 9.

ADDITIO. Isti autem modi possunt comprehendi his ver Ætas editõio, numerus monachatus & ordo.
¶ Optio, nobilitas, sanguis, tutela, potestas.
¶ Fons facet, affinitas, raptus repugnat, honestas.
¶ Ista quæ faciunt cõnubia legib[9], hæc sunt. Ang.

¶ Si aduersus. Iste §. seq. diuidit in 6. partes Primo ponit dictũ suũ annullans. Secũdo isert. Tertio rõnẽ assignat. Quarto infert alium effectũ quo ad nomen. Quinto infert alium effectũ quo ad exactionem dotis, & donationis ppter nuptias. Sexto addit alias pœnas. Secunda pars ibi itaque. Tertia ibi. Nã nec Quarta. ibi. Vnde solet. Quinta ibi. Sequitur ergo. Sexta ibi § sequen. scilicet ibi.

¶ Qui aũt. CASVS. Domine. iã vidi satis de impedimentis nuptiarũ, dicatis mihi, qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legũ iniustas nuptias contrahunt? Ad hoc respõdet. Iustinian[9] dicens, q si aliquid aduersus pcepta legum tradita super. hinc egerint, nec erit ibi vir, neque vxor. neque matrimoniũ, neque dos ibi intelligitur. nec filij ex illo coitu illicito potestati patris subijcientur. Sed quantũ ad potestatẽ patria pertinet. tales erũt quales sunt hi, quos mater vulgo concepit Nã nec hi vulgo concepti patrem habere intelliguntur quoniã pater eorũ incertus est, vnde solent filij spurij appellari à Græca voce sic dicti. vel quasi vulgo concepti vel quasi sine patre filij vnde dissoluto tali illicito coitu, dos per actionẽ ex stipulatione repeti non poterit. Cum enim ibi nullum intelligatur matrimonium, neq; dos ibi esse poterit. & si dos ibi non sit, sequitur q repetitioni dotis locus esse non poterit. Et nõ solum istas pœnas patiuntur illi qui prohibitas nuptias ptrahunt, sed innumeræ aliæ pœnæ, q in sacris constitutionibus continentur, eis infliguntur, & h. d. vsque ad § aliquando Franc.

[c] Diximus. Vt supra eo per totum. & etiam adiecimus in proæ. §.

ADDITIO. Vide Clemen. j. de consan. & affin.

[d] Itaque. Bene infertur. vt s ti. 1. in prin.

[e] Ad patriam potestatem. Propter hunc casum posuit de nuptijs post titulum de patria potestate.

[f] Vulgo Scilicet qui patrem demonstrare non possunt, vel illicitum: [5] vt ff de sta ho. l. vulgo.

[g] Nec hi. Scilicet vulgò concepti: vel dic hi de quibus loquimur. scilicet concepti.

[h] Incertus sit Cui pater est populus, pater est sibi nullus & c. is, Cui pater est populus nõ habet ille patrẽ & sm hoc dic his s. vulgò cõceptis. Vel dic his. s. incestuosis: & tunc dic iuris fictione est incertus.

[i] A Græca voce sporadẽ. Sporaden Græce, dr Latinẽ vulgo passim, & sparsim. ADDITIO & ita legi vult Alciatus li prætermissorum. j. in dictione spurius, nec perperam, vt video. cũ in vetustis meis exemplaribus eius dictioni vestigia inuenerim.

[k] Sine patre. Iure ciuili inspecto.

[l] Sequitur. Bene infert. cũ n. sine matrimonio esse non potest s. dos. & vbi nõ est dos, actio dotis nõ est. vt C. de do. ante nup. l. si. ibi, Sicut enim &c.

[m] Exactioni Scilicet per actionem ex stipulatu, q datur pro dote. vt j de actionibus. § fuerat Sed nunquid p condictionem sine causa, vel ob causam, quasi ob causam datum fuerit, nec causa sunt secuta? Respõdet Placentin. quòd, sic siue ignorans, siue sciens dederit. vt ff. de condictione sine causa. l. finali.

Matrimonium. 14. modis impeditur.

[1] Sec[9] est iure. can. vt l c. pe. e x de sec. nup. sm doct.

[2] Mãdo. sup signã gtæ de dis spen. mĩ. ver. cognatio spiritualis.

[3] Iste modus ẽ supfluus sm Ias quia poũ[9] est s. l quarto.

[4] Seruus in æternum l nõ sacris, vel minoribus ordinib. q si scedat i habitu, & tõ sura gaudẽt priuilegio. e. si qs suadẽte 17. q 4. i priuilegio fori. vt e. 1. de cle. cõiug. lib. 6.

† In vulgari editione sic scriptũ erat vel à græca voce σποράδην quasi vulgò cõcepti: vel Sp i. quasi, sine pre filij. atq; ita legisse vr Theol[9] græcus in institutionũ paraphrastes.

† Rõnem huius etymo. redd. dit Plut. in Romanis qõ. ita scribens. Quã veteres i quit. Romã. cõplures nomina vnis literis, aut binis ternis vel signarẽt ve luti P. Cn. Ser. & Sex hoc ẽ Publios, Cneos, Seruios, & Sextos. q patiũ forẽt prænoĩa. Spuriũ itidẽ binis lĩis ita notabãt, Sp. q descriptio & orbatos parẽtib. indicabat. q̃a si quos sine parẽ tib diceret, Sp tantũ scriptitabãt Quo factũ est vt spurios ẽt vocarẽt eos q icerto gñe crederentur. Vide Cri. li. de hone. discip. xa ca. v. & Catellianũ Cottã i dictione Spurij.

[5] Hoc verum nisi vterq; s. masculus, & fœmina, vel alter tantũ ignoraue rit. quia tunc filij sũt legiti. e. ij. in fi. q fil. sint leg & suc cedunt parẽtiẽt sciẽti. ca ex tenore. cũ. e. it. & nõ qui eos dã eit spurios dẽt p dobarẽ, sm Ang. hic.

sed Io. dat talem condictionem, ignoranter nõ scienter danti. vt C. de condi. ob. cau. da. l. 1. & ff. de cond. cau. da. l. 1. §. fi & l. 2. nec immerito. cum turpiter dãti nulla sit repetitio. vt ff de condic. ob turp. caus l. ob turpem. & hæc omnia locum habent, quando nõ fuit secutum matrimonium.

[a] Prohibitas. Per alii quem de quatuordecim modis, licet 1r. has pœnas ipnsucrit tantum eis, qui incestas nuptias faciunt vel nefarias, nõ qui aliàs inutiles: vt in Auth. de incest. nup. §. 1 col 2.

[b] Aliàs pœnas Vt est amissio bonorũ: & icursus infamiæ: vt C. de incest nup. l. qui contra. & l si quis incest. hodie vero & confiscatio bonorum & exilium, & cinguli, siue dignitatis depositio, & verberatio sils eis imponit. vt i Auth. de incest. nup. § sancimus col 2.

CASVS.

¶ Aliqñ. Dñe, vos dixistis mihi s. ti. proxi. pcedẽti, q illi sunt i ptãte parẽtum q ex iustis nuptijs pcreantur: nũquid sunt aliqui qui statim, vt nati sunt in ptãte parentũ ñ siãt? Et dicit Imperator, q sic. Cõtingit n. q licet aliqui

locus fit. Qui aũt prohibitas [a] nuptias ɔ̃hunt, & alias pœnas [b] patiuntur: quæ sacris constitutionibus continentur.

*Naturales liberi curia oblati legitimi fiunt & patris potestatem subintrant. Item ex ea nati, cum qua iustas contrahere nuptias licebat, connubio subsecuto, dotalibusque instrumentis confectis, æque legitimi censentur atque illi qui ex matrimonio nati sunt.*

Aliqñ aũt euenit, vt liberi q statim vt nati sunt, in ptãte parentũ non sunt: [c] postea redigãtur in ptãtẽ patris qualis est is, qui dũ naturalis [d] fuerat, postea curiæ [e] datus ptãti patris subijcitur. Nec nõ is [f] qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum [g] fue-

in ptãte patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerunt postea tñ legis authoritate potestati patris subijciuntur, vt in tali casu: pone q aliqui habeat tñ filium naturalẽ, si pater iste filium naturalem seruitio principis, vel presidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat, per istã oblatione filius patris potestati subijcitur, & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnibus consequit. Item pone, q aliquis habeat licitam concubinã ad quam consuetudinem habeat cuius: matrimoniũ legibus non sit interdictum, & ex ipsa in concubinatu prolem procreauerit: si postea maritali affectione ductus vir contrahat matrimonium, & dotalia cõficiat instrumenta secũ nostræ constitutionis tenorem, non solum filij post dotalia instrumenta procreati, sed & ante matrimonium celebratum nati tanquam legitimi patris potestati subijciuntur, & iura legitimorum in bonis patris beneficio nostræ constitutionis obtinebunt. h. d. usque ad fi. Franc.

[c] Parentũ nõ sunt Hoc mirabile p duo pbat exẽpla

[d] Naturalis Scilicet tantum.

[e] Curiæ Cum enim uult aliquis naturalem filium tantum qui in potestate patris non est (ut hic & i. c. s. in prin.) facere in potestate, detur in seruitiũ Imperatoris vel præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur loco meriti patris & efficitur legitimus loco meriti filij: [1] ut in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis igitur col 6. Acc.

[f] Nec non is. Nunc ponitur aliud exemplum.

[g] Interdictum nam altam uxorem non habuit tpe

[1] Qđ An̄gel. intelligit verũ siẽtẽ, nõ verũ qđ no. pro statutis: vt est tex. in l 3. C. de nat. li. & qua re succedant, vide hic per eũ

concubinatus. aliàs contra: vt C de con l 1.

ADDITIO. Et tunc quid si eũ ea p dispensationẽ matrimonium ɔ̃xerit: vide Christoph. & Iason. hic.

[h] Constitutione. Vt C. de natu. lib. l. cum quis.

[i] Instrumentis. Sed nunquid sine instrumentis est matrimonium tale? Dicunt quidã q nõ ut Pla. & Azo. qñ de corati maximis dignitatib. faciunt matrimoniũ ut i Auth. ut lic. ma & aui. §. quia uero legem du dum. colla. 8 melius aũt si quib. mo. na. eff. leg. §. illã quoq; uers. hæc ergo casta. coll. 6 Sed dic q matrimoniũ nudo cõsensu perficitur sine scriptura. ut in Authen. de nup. §. nuptias, colla. 4 & ff. de reg. iur. l. nuptias. Sed filij primogeniti non sunt legitimi si dotalia instrumenta non sint facta. [1] vt hic & fecit ad hoc C. de natu lib. l. cum quis, & l. nuper. & l. fin. & in Authen. de here. quæ ab intest. def § 2. coll. 9 & in Authenti. de si ante do. instru. na. circa med. coll. 5 & in Authen. de incest. nup. § si col. 2. & de trie. & semis. §. 6.

rat, sed ad quam † prĩ cõsuetudinem habuerat. postea ex [h] nostra constitutione [i] dotalibus instrumentis [k] compositis in potestate patris efficitur. Quòd & alijs liberis, qui ex eodẽ matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio [k] præbuit.

*Potestas patria etiam adoptione constituitur, cuius duæ sunt species: altera arrogatio dicitur altera adoptio: illa principis authoritate eos, qui sunt sui iuris arrogamus: hac vero in alterius potestate existentes imperio magistratus adoptamus.*

TITVLVS XI.

## DE ADOPTIONIBVS †

NON SOLVM autem natura

[k] Costitutio. Vt C. de na li. l nuper. sed si nõ fecerit eã sibi uxorem: ad hue tñ hm̃õi naturales sunt alẽdi à patre. Item succedunt ex testamẽto in totum si pater vult legitimis non existentibus, uel parentibus iã defunctis: aliàs liberi in unam unciam tñ permittunt naturales succedere superiores qñ ipsi tm̃ supsunt, nõ impediunt eos nisi in sua legitima, quæ superiorib' debet. ab intest. vero duas habet uncias paternæ substantiæ cũ matre eorum uiriliter diuidendas, qñ nõ sunt ascendentes nec descendentes. Alunt & ipsi patrẽ & hoc in licitè natis: sed nõ, si illicitè nati sunt: imò ab oĩ beneficio sunt exclusi: ut in auth. qui mo. na. effi. sui § deserisis usque in fi. consti. colla 6.

† Aliàs quã & solam.

[a] Dic q hodie de iure can. ẽt i terris Imperijs sine dictis instrumẽtis ẽnce matrimonij, & filij efficiũtur legitimi. ut hẽ in c. tãta q fil. sint legit. sm Ias. hic. Filij naturales tñ an succedant.

[1] Dic q de iure canon. debentur eis alimenta de hoc ẽ tex. singul. in c. cũ haberet ex de eo qui cognouit consan.

† Gellius li 5. c. 19. docet adoptionẽ generalẽ esse trãsitus, seu cõmigrationis in alienã familiam, quo loco explicat veterẽ cõsuetud. nẽcius item q adrogationis uetustissimũ autem cũ adoptio-n. e usum. ex eo constat quod Mosea adoptauit filia Pharaonis ut hẽ Exo. c. 2.

AD ADOPTIONIBVS.

*Quia supra dixit de nuptijs ex quibus acquiruntur filij legitimi & naturales: ideo nunc de adoptionibus ex quibus acquiruntur filij legitimi tantum Vel sic, Suprà qualiter filij nostri sunt in nostra potestate dixit: nunc autem qualiter alieni efficiuntur à potestate nostra. Ang. Are.*

NOn solũ. Iste ti. diuidit in nouẽ partes principaliter Primo ponit, q adoptiui sũt in ptãte adoptantis. Secũdò qualiter fiat adoptio & arrogatio Tertiò primũ dictum limitat, & declarat. Quarto de impubere, q le ad arrogandũ dedit. Quinto, q adoptans debet saltẽ adoptatũ pcedere 18 an. Sexto, qñ aliquis ut nepos, uel pronepos adoptat. Septimò, in qbus cõueniunt & in q-bus

bus non adoptio, & arrogatio. Nono, quod serui adoptati à dominis sunt liberi. Secunda ibi Adoptio. Tertia ibi, Sed hodie Quarta ibi, Cum autem. Quinta ibi, Minorem. Sexta ibi, Licet autem. Septima ibi, in plurimis. Octaua ibi, Illud. Nona ibi, Apud Catonem.

CASVS. Accessi ad dñm Iustinianum: & ita proposui corā eo, Dñe, vos vultis tractare de adoptionibus pro Deo, quę rō monit nos ad tractandū hic de adoptionibus? Ad hoc rñ. Iust dicēs: Amice, ī tractauimus de ijs, q sunt in pa. po. & qa non solū naturales liberi & legitimi de qbus, ī. diximus, sunt in parentū ptāte, sed & adoptiui: idcirco ā adoptiuis hic tractare Itēdim⁹. Et hæc vsq; ad §. adoptio. autē.

a Naturales sub. & legitimi: quare di stingue, qa filiorū alij sunt naturales, & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati vt hic, & ī. de pa. po. in princ. Alij naturales tm̄, nati ex concubina: vt ī. tit. j. §. fin. Alij legitimi tantum: ut adoptiui. de quibus hic titu loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi iuris præsumptione, vt incestuosi, vel aliàs illicitè nati: ut in auth. quibus modis nat effi. sui. § si colla. vj. Alij sunt, qui prius non fuerunt legitimi, sed nunc sunt, i. efficiuntur duobus modis: ut in auth. quibus modis nat effi sui § j. & ī. tit. j. in fi.

les a liberi, secundū ea, quæ diximus, in potestate nr̄a sunt, verumetiam ij, quos adoptamus. b

*Authoritate principis arrogantur, qui sui iuris sunt, sed magistratus imperio, qui sunt sub potestate alterius. Areti.*

Adoptio c aūt duobus modis fit: aut principali rescripto, d aut imperio magistratus. e Imperatoris authoritate adoptare quis potest eos, easve, qui, quæve sui iuris sunt: quæ species adoptionis dr̄ adrogatio. f Imperio magistratus adoptamus eos, easve: qui, quæve in potestate parentum sunt: siue primū gradū liberorū obtineāt, qualis ē fili⁹, filia; siue inferiorem, g qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis,

*Filiusfamilias extraneo in adoptionem datus, extranei potestatem minime subintrat, quamuis illi intestato succedat. Datus verò cuiuis ascendentium, eius potestati subijcitur.*

*Annotata, Duo vincula vno fortiora esse.*

Sed hodie ex nostra constitutione, h cum filiusfamilias a patre naturali i extraneæ personæ in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè dissoluuntur, nec quicquam ad patrē adoptiuū transit: nec in ptāte eius est: licet ab intestato iura successionis eis à nobis tributa k sint Si vero pater naturalis l nō extraneo

b Adoptamus. Scilicet in potestate nostra sunt: & hoc iure veteri; vt hic, & ff. eo. l. j. sed hodie distinguitur, vt J. eo. §. sed hodie.

¶ Adoptio. Diuiditur istæ § in tres partes. Primo ponit in genere dictum bimembre. Secundo exemplificat, & ponit exemplum primi membri. Tertio exemplum secundi membri. Secūda ibi Imperatoris. Tertia ibi, Imperio. CASVS Domine iā video, quæ ratio monet vos ad tractandū de adoptio. dicatis ergo mihi si placet, quot modis fiat adoptio? Rñ. Insti. ꝙ adoptio fit duob. modis, scilicet rescripto principis, aut Imperio alicuius magistratus. Sed domine ponatis mihi exemplū, qñ fit adoptio rescripto principis, & in quo casu fit Imperio magistratus alicuius. Ad hoc resp. Iust ꝙ quando aliquis adoptat eum q sui iuris est, tunc necesse est fieri adoptionē authoritate, siue rescripto prīcipis. & hæc species adoptionis, quando. s. ille qui sui iuris est, alienæ potestati subijcitur: est primo, & speciali nomine arrogatio. Imperio autem magistratus adoptantur illi, q sunt in potestate parentum, siue obtineant primū gradū liberorum, qualis est filius, & filia, siue inferiorē gradum obtineant: vt nepos, neptis, & deinceps pronepos, & proneptis. Et hoc vsque ab §. sed hodie.

c Adoptio. Est autem adoptio secundum Pla & Io. legalis actio ad solatium eorum, q liberos nō habēt penè i. ferè naturam imitans. Sed certè & ab ijs, q liberos habent, fit adoptio. vt ff. e. l. nec ei. § præterea. & J. eo §. licet. quare sic potest simpliciter definiri, Adoptio est legitimus actus, per quem fit quis filius, qui non est, penè naturam imitans, & hæc est veritas: vt ff eo. l. j. & J. eod. §. minorem.

d Rescripto. Hoc est, vel ante ipsum principem, vel ante alium magistratum delegatione facta per rescriptū à principe: ut C. eo. l. ij in fin. & l. arrogatione. Sed quid si Imperator non est? Rñd nō pōt fieri, licet Imperium semper sit. vt in Auth. quomo opor. episc. § si colla j.

e Magistratus, Scilicet cuiuscunq; ordinarij, et defensoris ciuitatis q minimus est: ut in Auth. de defen. ciu §. nulli. colla iij. Nec mirū, cū sit de volūtaria iurisdictione: ut ff. de offi. proconsf. & leg. l. secunda.

f Adrogatio. Quia adoptator interrogatur, an velit, eū quē adoptat sibi iustum filium esse, & adoptatus, an id fieri patiatur: vt ff eod. l 2.

Vnde versus.

¶ Arrogo qui sunt est, sed habet meus esse necesse.

Patris adopto suum, sed patris permanet idem. Acc.

g Inferiorem Id est, sequentem.

¶ Sed hodie. Diuiditur in duas partes Primo ponit quando pater dat filium in adoptionem extraneo. Secundo quando dat auo materno vel paterno. Secunda ibi, Si verò pater. CASVS. Domine, vos dixistis mihi supra, ꝙ illi qui adoptantur, sunt in potestate patris adoptiui, nunquid hoc indistinctè est verum? Ad hoc respondet Imperator dicens. Amice, certè secundum iura antiqua omnes adoptiui indistinctè transibant in potestatem patris adoptantis hodie autem secundum iura noua secus. Nā hodie statutum est in nostra constitutione, cum filius naturalis a patre suo naturali alicui extraneæ personę in adoptionem datur, si pater naturalis filium suum naturalē dederit in adoptionē auo sui filij materno, vel ēt proauo materno: uel si ipse pater naturalis a patre suo emancipatus fuerit, & filium auo, uel proauo paterno in adoptionem dederit: in hoc casu, qñ iste filius datur in adoptionē alicui de ascēdentibus in linea directa, quia in unam personam concurrunt naturalis, & adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui: vtpote naturalis cognationis uinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo annexo: & ideo in familiam, & potestatem huiusmodi patris adoptiui amodo efficitur: & hæc vsque ad illum § Cum autem impubes. Franc.

h Constitutione. Vt C. de adop. l. cum in adoptiuis.

i Naturali. Et legitimo.

k Tributa Id est, in prædicta constitutione. & facit ad hunc §. J de hære quæ ab intest. defe. § sed ea omnis. vers. inuenimus. & J de exhære. lib. § circa adoptiuos. & J. de inoffi. testa. §. 2.

l Pater naturalis. Et legitimus.

[Inner margin:]

a Tu dic gisse tex. posset stare siue subandi sione, si referret ad §. fin. ti. pcedē. tñ aduertē qa ibi nō loquitur de naturalibus tm̄, quia ibi naturales tm̄ nō sūt ī ptāte, vt ibi dr̄. sed qñ sunt legitimati. Ias.

2 Istā definitionē sequitur Io. de Plate. hic.

3 Et sic ē delegabilis, qa cōpetit iure magistratus l. j. de off. eius cui mā. est in. nec plenā cāę cognitionē requirit. vt p Bar. in l. nec quā. §. vbi decr. ff de offi. pro cons. & Ias.

[Outer margin:]

4 Sed de iu. cā fieret authoritate apostolica: cū mortuo Imp. succedat ecclesię ad ministrationē: ut c. licet ex tra de fo. cōpe. sm Ange. & Ias. hic.

5 No. sr, ꝙ in matrimonio cō trahendo spōsus debet prius interrogari, tiquā spō sa de quo uide gl. l. a. in prl. ff. eo.

6 Etiā cō currētib. legitimis & naturalibus, quā uis iure se nil habeant parentelæ: quod no. sm Ang. & lō non transit in ptātē, qa p emancipationē priuat hereditate vtriusq; sm cōem opi. ut l. cū in adoptiuis C. eo. sed cū hodie nemo emancipet iuliti §. gñaliter. ī auth. qui mo. na. ef fic. sui vt̄ iste §. esse correct⁹. de quo vi ̄ de Ia. hic.

sed auo filij sui mēno, a vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, b etiā auo † vel proauo simili modo c pr̄no, vel mēno filiū suū dederit in adoptionem, in hoc casu, quia concurrūt d in vnam personam, & naturalia, & adoptionis iura, e manet stabile ius p̄ris adoptiui, & naturali vinculo copulatū, & legitimo adoptionis modo. † constitutū, vt & in familia, & in p̄tāte huiusmodi patris adoptiui sit.

*Impuberis arrogatio, causa cognita celebratur, cavetque arrogatar se bona arrogati (si intra pubertatem obierit) illis restituturum, ad quos peruentura erant adoptione non facta.*

Cum autem f impubes per principale rescriptum g adrogatur, causa cognita h adrogatio i fieri p̄mittit̄, & exquirit̄ causa adrogationis, an honesta k sit, expediatque pupillo. Et cū q̄buſdā cōditionibus adrogatio fit, id est, vt caueat l arrogator personę publicę, m † si iura pubertatē pupillus decesserit, restitutum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionē eius venturi n essent.

*Arrogatus non nisi cā cognita emancipatur: cui propria bona restituens debens, iubeturq; arrogator quartam bonorum suorum illi relinquere.*

Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa o cognita dignus emācipatione fuerit, & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedēs

a Materno In cuius p̄tāte prius non erat: sed modo efficitur, vt subijcitur: vt ī. de pat. pot. in fi. Accur.

b Emancipatus. Aliàs cū esset in p̄tāte aui, quō adoptaret eum quem habet? Certè nō p̄ōt plus esse quā filius, vel nepos: vt hic, & ff e. l. si pater. §. si duos. & intellige emancipationis t̄pe filiū non esse cōceptū. q nūc datur in adoptionē aliàs ī potestate aui remansisset. vt ī. tit. j § fin.

c Simili modo Id est, similē facias distinctionē. n̄ materno ꝓ auo distinctè: paterno verò s̄m q̄ mō distinxit ī auo, daſ in adoptionem.

d Cōcurrūt. Sed si ego adoptē filiū fratris mei: nūquid potestati meæ subijcit? R̄n̄ s̄m Ioan. ꝙ non: & quod hic dr̄ naturalia expone, id ē natiualia, quia ab eo auo cōtrahit natiuitatem, & originem, quod non est in filio fratris mei.

e Iura Vnde præfertēdus est ei, in quē vnum ius tantum cōcurrit, & sic duæ rationes, vel plures præualent vni: vt in Authen. de cōsang. & vter. fra. §. quia igitur. ver. vult autem. in glos. meliores, colla vij. & C. de edi. diui Adr. tol. l. fi. nisi vna sit melior duabus: vt coll giтnr. ff. de inoffic testam. l. nam & si, & ff. vnde lib. l. scripto.

f Cum autem. Diuiditur in quinque partes Primo quòd arrogatio fiat causa cognita Secūdo quod fiat iusta causa Tertio ponit modū sub quo fiat. Quarto ꝙ non potest arrogator ipsum emancipare sine cā. Quinto quod quartam partem bonorum suorum eidem siue in vltima voluntate, siue inter viuos relinquar Secunda ibi, Et exquiritur. Tertia ibi, Et cum Quarta ibi, Item nō aliter. Quinta ibi, Sed & si. Acc.

CASVS. Dn̄e, vos dixistis mihi, ꝙ illi, qui sui iuris sunt, authoritate principis arrogantur. Pone igitur ꝙ sit aliquis impubes sui iuris, qui habet opulentam hæreditatem: nunquid poterit quilibet indistinctè authoritate principis ipsum arrogare, & in p̄tātem suam redigere. Ad hoc respon. Imperator, ꝙ nō. Cum enim aliquis impubes arrogat, in hoc casu arrogatio non indistinctè i. non inconsultè p̄mittit̄, sed quæritur causa arrogationis an sit honesta & an ipsi impuberi expediat Item arrogatio fit cum quibusdam cōditionibus, videlicet vt pater arrogator cautionē cū fideiussionibus promittat, vt si ipse pupillus arrogatus ante pubertatē decesserit: restituat oīa bona sua integrè illis qui si adoptio nō esset facta ad eius successionem fuissent venturi: Item non aliàs poterit iste pater arrogator istū impuberē authoritate principis arrogatum emācipare, nisi prius causa cognita dignus inuentus fuerit emācipatione, & tūc necesse habet eidem omnia bona sua restituere. Itē si iste pater arrogator istum filium impuberem in testamēto suo exhæredauerit, vel inter ipsos viuos ipsum sine causa emancipauerit, iubetur quartam patrimonij sui eidem arrogato relinquere, præter bona, quæ ad patrem arrogatorem transtulit: & præter ea bona quorum vsumfructuum post arrogationem patri arrogatori acquisiuit. h. d. vsq; ad §. minorem nat. Franc.

g Rescriptum. Vt quia sui iuris est: vt ī. eo in prin.

h Cognita Quę aūt in causæ cognitione vertūr: p̄ ordinē scripta sunt ff e. l. si pī. §. in arrogationibus & l. seq. vsq; ad § fi. Et quædam ēt hīc dn̄r in persona impuberis, quæ & ibi dicuntur.

Accur. De q̄bꝰ vide Ang. hic, q dicit ꝙ si fuerint quæsitæ vel p̄ delegatū à principe: vt l 2. C. eo. vel ēt per ordinarium ipsius impuberis: quamuis non bene ꝓnūciauerit, actus tñ tenebit: vt no glo in l. cū hi. §. si prætor. ff de trāſ. Ang Aret.

i Adrogatio. Vt q̄a sui iuris est, vt ī. eo in prin.

k An honesta Id ē. si eo ꝓpositū: vt eius res deuoret: vt ff e. l. nec ei § eorum,

l Vt caueat Id est, vt cautionem promittat, sine fideiussore tamen. C. de verb. signifi. l. sancimus.

m Personę publicæ Hoc est tabellioni q seruus publicus dr̄: vt C. eo. l 2. aliàs enim seruus purus tabellio esse non potest: vt C. de tabul l ḡnāli. lib. x. Sed certè ideo sic dicitur, quia publicè seruit.

n Venturi. vel Iure successionis ex testō, vel ab intestato. vel dic ti. vniuersali. vel singulari, vt legatariꝰ. omnibus enim consulitur hac ratione pupillo decedente in pupillari ætate: aliàs si postea: pupillaris subitò euanescit vt hic, & ff eo. ti. l. nō aliter, & l. his verbis & ī. de pup. sub §. j. Sed nōne sine hac cautione facta admittunt̄ supradictæ personę ex testū? R̄n̄. non, cum testm̄ sit ruptum minima capi di. s. arrogatione ī. quib mo. test. infi § non tm̄. Item nunq̄d legitimi sine hac cautione admitterent̄? R̄n̄. nō: q̄a pōt arrogator omnia iure peculij occupare, vt ff. de cast. pec l. tj. Hæc tñ cautio omissa, ꝓ facta hr̄: vt ff e l. his verbis. in fi. vt & aliàs. C. de rei vxo. act. l. vnic. § 1 Sed quare legitimi non stipulant̄, ēt vltra pupillarē ætatē: cū & postea erant admittēdi ad successionem si adoptio facta nō esset? R̄n̄ illud est de fortuna, & aduentitium erat, vnde nō fuit cōsiderādū: vt ff qui, & a q. l. Iulianus potuissent enim post pubertatem test. fecisse: vt ī. qui. ex cau. §. cum ergo.

o Nisi causa. Veluti si ita hīs instituit̄ iste adoptatꝰ si emācipatus fuerit: & tūc quartā p̄dit, quā tunc deberet habere de bonis arrogantis, vt ī ꝓx s̄. & ff. si quid in fran. pat. l. fi. s̄m quosdam. Vel dic, ꝙ tunc non p̄dit quartā. vt ī. ꝓxi tñ ꝓbat: q̄ cum isto continuat: & q̄ in d. l. cōtinet, intelligit̄ q̄n erat iusta cā ī filiū: arg q̄a ꝓuocabat p̄rem ad irā: & in istā vt ēt exhæredari potuerit: & bñficiū collatū, vt cōferēdum

† Alibi auo pater no, vel ꝓ auo.

† Aliàs cōtractum.

3 Nota ex hac gl. ꝙ ad hoc vt filius existēs in potestate patris p̄ adoptionem trāseat in p̄tātē alterius, necesse ē ꝙ det ī adoptionē afini, q sit de ascendētibus, puta auo p̄rno, vel mr̄no, q̄a nepos ab auo trahit originē, & sic ponit̄ nālia, i. natiualia, aliàs si det affini collaterali, puta fratri patris, non transit. Similē glo. habes C. eo. l. pen. §. si vero pr̄. & c. sed istā gl. est tex. in §. in plurimis, in princi. in ven. nō ex traneum. ī. eo. Las.

† Personā publicā hoc loco interp̄taſ Theophilus tabellionē. Notarius nō pōt eē seruus. satisdatio arrogatoris quibꝰ prodest.

a Et iō ex alijs substitutionibꝰ: q̄a nō filij, sed p̄rīs eē sec. quod non rūpiā p̄ arrogationem filij, peteretur ab arrogatore tāquā debitū arrogati s̄m doct. hic.

3 Secus tñ si præmoreret̄ arrogator ex quo ēt tabulę pupillares cōualescerēt, vt hic per Ang.

4 Ista est vera secūdū Iuā. de Pla. & eā tenet gl. & Sal. in l. 2. C. eo.

5 Et hæc est vera secundū doc. hic: q dicūt hāc quartā debere dari in vltima voluntate p̄ p̄ verbū relinquere hic positū, secus ī alijs bonis p̄ p̄ verbum tādē Las.

dum reuocari: vt C. de reuo don. l. fi. & in auth. vt li. de exte ro § illud. ver. qui. etiam col. 6. & fm hoc intellige pro respon. quod sequitur.

a Exhæredauerit. Vel præterierit: vt ff. eo. l. si arrogator Accur.

b Iubetur. Nota, non cauet sic le reli ctum: tunc enim nō valeret: vt C. de inuti. stip. l. ea eo. & C. de iof test. l. si qū §. j. sed et iubetur g legem vt sic faciat.

c Quartam partem. Quid ergo si alios filios sex vel plures habeat nūquid hic plus, quam alij habet? Respond. sic secundum Bulg. quasi debeat imputari ei quare arrogauit. Vel dic (vt puto) quartam suæ patris per condictionem ex l. diui Pij: vt hic, & ff. eod. l. si arrogator & ff de inoffic. testa. l. Papinianus. § si q. impubes. & hoc ad instar naturalium, & legitimorum: vt ff. de inoffi. testam l. Papinianus. § quoniam. & C. de inoffi. testam. l. cum quæritur. & leg. parentibus. Absurdum est enim hunc legitimum plus iuris habere quam naturalem. & legitimum: vt s. eo. §. sed hodie. in fi. Ac.

pater eum exhæredauerit, [a] vel viuus sine iusta causa emancipauerit iubetur [b] quartā [c] partem bonorum suorum ei relinquere videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum [d] ei postea adquisiuit.

*Quod natura fieri non potest, nec arte poterit: ars. n. naturæ est imitatrix.*

Minorē natu [e] maiorē non posse adoptare placet. Adoptio enim naturā imitatur. [f] & pro monstro est, [g] vt maior [h] sit filius, q pater. Debet itaque is, qui sibi filiū per adoptionem. vel adrogationē facit plena pubertate, id est, octodecim annis [i] præcedere.

*Carens filio potest alium adoptare in locum nepotis, vel pronepotis. hoc dicit Aret.*

Licet autem & in locū nepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quāuis filium quis non habeat. [k]

*Potest quis filium alienum in nepotem suum, & nepotem alienum in filium suum adoptare.*

Etiam filiū alienū quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filij. [l]

*Quando quis adoptat aliquem vt nepotem ex filia sua legitima, & naturali, vel legitimo tātum, debet interuenire cōsensus filij sed non cōtra, quando quis dat in adoptionem nepotem suum ex filio. Aret.*

Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quē hēt iā adoptatū, vel quasi ex illo, quē naturalē i sua ptāte hēt, eo casu & fili⁹ ɔsentire dēt: [m] ne ei inuito suus hæres

potest quis adoptare quāuis etiā filium non habeat & tam filium alienum potest quis adoptare in locū nepotis, quā etiā alienum nepotē in locum filij, sed si aliquis in locū nepotis aliquē adoptet quasi ex filio adoptiuo, aut ex filio naturali, quē habat in potestate: in eo casu filius patri adoptanti debet ɔsentire, ne ipse nepos ipso inuito adoptatus, suus hæres agnascatur. Si enim filius adoptioni à patre factæ cōsenitat: tūc mortuo auo iste nepos adoptatus in potestate p̄ris, suus hæres efficietur, sed in hoc casu ɔsensus filij requiretur, secus tamen est in casu econuerso. Nam si auus nepotem ex filia natum alij in adoptionem dederit, nō est necesse consensum filij interuenire. hoc dicit vsque ad §. in plurimis. Franc. Aret.

e Natu. Id est, natiuitate. hc ff de minor. l. 1. §. prima.

f Imitatur. Plerumque, quandoque tamen non: vt infra eod. §. sed illud & §. in pluribus.

g Pro monstro est. Id est, non secundū naturam, sed contra naturam: vt & aliàs ff. de statu ho. l. non sunt liberis.

ADDITIO. Et hanc approbant cōiter doctores, & an sit hodie ancta hæc quarta per authen. nouissima, C. de inoffi. testa. vide gl. in §. hoc obseruandum, in Auth. de trien & semis.

l Si manumissus. Aliud si restitutus, s'm Ioan. ut ff. ad Tertullia. §. filio qui mortis. contra. & C. de sen. pas. l. si. contra, & ff. de contra tab. l. j § si & l. ij. contra. 2 Item contra est in eo q̄ hic dicit tolli ius cognationis per maximam, & mediam capitis diminu. ff. de reb dubijs l. si cognatis. sed aliud in legato, in quo uertitur ius naturale: ut ff eod. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ p adoptionē constituitur: ut ī. de leg. agna. suc. § per adoptio. & ff. de adoptioni. l. qui in adop. hic verò de naturali cognatione. ut ff. de gradibus affini. l. nō facile, § j. & sic ibi de minima cap dim. loquitur. itē ī ī. de seruis cogn. in fine. j. respon. Solu hic loquitur in his qui primo fuerūt liberi, & postea serui: quod eorum

2 Et est rō diuæ secū Christ. qa restō licet ligitur vt fiat pleno iure, vt d. l fin. sed manumissio delet tm̄ nubeculā seruitutis. l. manumissiones ff. de iust. & iur.

tum delicto contingit. unde nō debent habere cōmu dum: vt ff. sol. mat. l. si ab hostib. §. 1 & ff de minnn. l. Papinianus. ibi indignum, &c. licet ibidem illa nō corrigatur. ibi vero semper fuerunt serui. Vel illa no ua corrigit istam nam ex Græca cōstitutione illa est extracta, ut ibi dr.

in insulam [a] quis depor tatus sit: cognatio [b] sol- uitur.

*Tutela defertur proximiori in gradu, & si plures sunt de eodem gradu, defertur ad om- nes, hoc dicit Aret.*

Cum autem ad adgna tos tutela pertineat: [c] non simul ad omnes per- tinet: sed ad eos tantum, qui proximiores gradu [d] sunt, vel si plures eiusdē gradus sunt, ad omnes pertinet: veluti si plures [e] fratres sunt qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

## TITVLVS XVII.

## DE LEGITIMA patronorum tutela.

[a] Sed & si in insu- lam. Hic ponit exē- plum de media: sed supra, modo posuit exemplum de maxi- ma.

[b] Cognatio. Id est, Ius cognationis: vt §. proxi. § diximus.

Cū autē. CASVS. Vos dixistis mihi su pra in ti. præcedentis in prin. quod tutela im- puberum agnatorū, ad agnatos ex l. 12. tabu. pertinet. Pono ergo, quòd plures sint agnati ex diuer- sis gradibus consti- tuti: nunquid scili- cet ad omnes perti- nebit? Rñd quod non. Nam qđ dictum est tutelam ad agnatos pertinere, non intel ligendum est, quod ad omnes ptineat, sed ad eos tantum, qui sunt in proximiori gradu constituti. vn- de si plures sunt qui eundem gradum co gnationis obtinēt. veluti plures fratres: omnes ex l. 12. tabu. ad tutelam vocantur. Et hæc dicuntur vsque ad fin. huius titu. Fran. de Aret.

[c] Pertineat. Vt ī. tit. j. j. respon.

[d] Gradu Facit ad hunc § ff. de leg 3. l. si plures. & ī. de leg ag. suc §. si plures & ff. de sepul. vin. l. 3. §. si ad plures. Hodie verò hic §. corrigitur. qa æqualiter tā ad agnatos, quā cognatos defertur tutela, sicut hære- ditas. vt in Auth de hęre. ab intest. §. si ex his. coll. 9.

ADDITIO Et sic lex noua corrigens unum ex spe cificatis à leges veteri, cēsetur etiam corrigere aliud: vt hic, & l. si quis seruo C. de fur. & per Ang. in §. j. ī. de iure naturali.

[e] Si plures. Aliàs isti duo versiculi desunt, Si plures fratres sunt qui vnum gradum obtinent pariter ad tutelam vocantur. sed ego habeo. Acc.

## DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA.

*Quia supra visum est de legitima agnatorum tu telas & quia est alia, quæ appellatur legitima, s. tute- la patronorum: ideo de ea tractaturus subdit de legi tima patronorum tutela. Porc.*

Ex eadem. Diuiditur in sex partes. Primo qualiter tutela libertorū psonis deferat. Secūdo, quō vocat: & est legitima à l. xij. tab. proueniēs, Tertio illud p rōnē pbat Quarto confirmat per exemplū Quintò exemplum pbat p rōnē. Sexto rōnē declarat. Secūda ibi, Quę & ipsa. Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cū & agnatos. Quinta ibi, Quia plerumque. Sexta ibi, Ideo aūt. Arc.

CASVS. Domine quare intenditis hic tractare de legi. pa. tut. Ad hunc rñd. Impe. Amice tractauimus de leg ag tu. quæ ex verbis, & sententia leg 12 ta descendit: sed quia legī pa tu. ex mente eiusdē legis ad patronos, & libertos eorū pertinet, idcirco de ea hic tractare intēdimus. Et hæc eadem tutela legitima sicuti superior appellatur. Non tū ideo legitima dicitur, quod aliquid de ea nominatim in verbis legis 12 tab. expressē su isset introductū. Sed dñe pro Deo, quare mouit Iuriscō- sultos ad talem interpretationē faciēdā? Ad hoc resp. Impe. Amice. hæc fuit ratio, quæ mouit iurisconsultos. Lex. 12. ta. tab. iussit hæreditates libertorum, & libertarum ad patronos, & liberos eorū pertinere, si intestati decessissent: vnde eo ipso crediderunt Iurisconsulti veteres, quod lex 12. tabu. vellet, quod etiam eorum tutela ad patronos, & liberna similiter deberet ptinere, & ad istam tacitam voluntatem præsumēdā tali ratione mouebantur quia lex 12 tabul. proximos agnatos ad hæreditates agnatorū ab intestato mortuorū vocat: & eosdē agnatos ad impuberum agnatorum tutelam vocat. similiter ergo in casu proposito dicebant quòd sicuti patroni & liberi eorum ad successionē libertorū ab intestato ex lege 12. tabu. vocantur ita debere eos ex mente eiusdem legis ad onus administrationis tutelæ vocari: quia plerunque vbi est successionis emolumētum, ibi & onus tutelæ esse debet. Sed domine, pro Deo, quare dixisti plerumq;? Ad hoc resp Impe. ideo autem plerumq; diximus. quia si aliqua femina filium suum impuberem manumiserit, ipsa quidem ad successionem eius ab intestato vocatur: alius tamen quam ipsa eiusdem tutor erit hoc dicit vsque ad fi Franc.

*Patroni ad libertorum tutelam ex sententia legis xij. tabu. vocantur: cum ipsi intestatis libertis succedāt. Vnde par est, vt is anus tutelæ subeat, ad quem hæreditatis emolumentum pertinet.*

Ex eadem [f] lege duode cim tabula rum liberto rum [g] & li- bertarum tutela ad patro nos, [h] liberosque eo- rū ptinet. Quæ & ipsa [i] legitima [k] tutela vocat: nō qa nominati in ea lege de hac tutela caueat: sed qa pinde accepta est per interpretationē, [l] ac [m] si verbis legis introdu- cta esset. Eo enim ipso, quòd hæreditates liber- torum, libertarumque, si intestati decessissent,

[m] Aliàs atque.

[f] Ex eadem. Scilicet per interpretationem, non ex verbis eius, vt subijcit. & ff. de legit. tu l. tutela. §. respons. Accur.

[g] Libertarum. Scilicet impuberum.

[h] Ad patronos Quocunque modo manumittentes: nisi libertas detur à lege: vt ff. de leg. tu. l. tutela. vsque ad fi Acc.

[i] Quæ & ipsa Quasi dicat, non solum aliæ quædā legitimæ sunt, sed & ista.

[k] Legitima. Scilicet ex mente legis, nō ex verbis. nō tamen satisdant nisi eorū personę sunt vulgares & minus honestæ, aut modus tutelæ, quia magnum patrimonium, vel magna tutela nimis, aut persona quia suspecta, vel non diligens in pupillum, vel non honesta aut causa admittat. & recipiat satisdationē: vt ff. eo. l. legitimos. §. 2 licet alij legitimi indistin- ctè satisdent: vt ī. de sat. sda. tu. §. j.

[l] Per interpretationem. Scilicet Iurisconsultorū.

[l] A qb. sicitū est recedere sm Ange. pp tria. primo pp iniquitatē insurgētē. Secundo pp legis rōnē repugnantem. Tertio pp eorū vsū loquendi sm proprietatē L. liberorum. § quod tū Cassius. ff. de leg. 3.

a Lex. Scilicet xij. tab. vt ȷ. de succ lib ǀ. respon.
b Veteres Scilicet sap̄ientes.
c Legem. Scilicet xij. tab.
d Vocat Scilicet lex xij. tab. vt ȷ. de leg. agn. suc. §. j.
e Iusserit. Vt de leg. agna. tut. j. rñso. &. sic notabiliter hic ꝙ vbi est eadem æquitas, idem ius debet statui. sic ff ad legē Aquil. l. illud. & ff. de furt. l. prima. §. primo.

Æquitas vbi eadē est, ibidē & idē ius statui debet.

iusserat lex [a] ad patronos liberosve eorũ pertinere, crediderunt veteres, [b] voluisse: legem, [c] etiam tutelas ad eos pertinere. † Cùm & adgnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, [d] eosdem & tutores esse iusserit. [e] Quia plerumque vbi successionis est emolumentum, ibi tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus plerumque, [f] quia si à fœmina impubes manumittatur: ipsa ad hæreditatem vocatur cũ alius sit tutor. [g]

f Plerumque. Quare hoc dicit, statim subijcit. & facit ad hanc regulam ff. de regulis iur. l. secundum naturam. & ȷ. de contrahen empt. §. cum autem. & C. de furt l si §. sed cũ in secunda & C. de cadu. toll l. j §. pro secunda. & ff de peric. & cõm. rei ven. l. id quod.

† Nā vbi onus, & emolumētũ, & ecōtra: vt 12. q. 4. charitatē. in c. accedēti-- b* in gl j. bi itē sbi extra de præscr.

g Tutor. Et ita apud alium est hæreditas, & apud alium tutela. scilicet agnatum, vel cognatũ. vt hic, & ff de legi. tu. l. j §. j. Item minor viginti quinque annis manumittens succedet in hæreditate, vt patronus non tamē erit tutor. vt ȷ. de fidu. tu. in fin. & C de legit. tut. l. vlti. § fi.

ADDITIO Et qualiter mr, auia, vel prouia possunt esse tutrices vel curatrices: & an alijs præferantur legitimis, & transeundo ad secunda vota, vel inhoneste viuendo, quomodo tutrices esse desinant, vide. Ang. hic.

## TITVLVS XVIII.

### DE LEGITIMA parentum tutelæ.

*Extensione Iurisconsultorum pater emancipatus est legitimus tutor filio emancipato. Aretinus.*

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA.

*Quia supra visum est de legitima patronorum tutela: & quia est & alia quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea subdit. Porcus.*

Exemplo Diuidit̃ I tres partes. Primo, quòd tutela, q̃ defert̃ emancipatori, est similis illi, q̃ defert̃ patrono. Secundo ꝙ dr̃ est legitima. Tertio exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, Nam si quis. CASVS. Dicit hic Iusti. quòd exemplo patronorum est alia tutela parentum p̃ interpretationem Iurisconsultorũ ex mēte legis xij. tab. recepta, & sicut superior legitima appellat̃. ita & ista Nā si parens filiũ, vel filiam, vel nepotem. vel neptem ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit. ipse legitimus tutor eorũ erit. Et hæc dicuntur per totum titulum. Fran. de. Are.

h Recepta Scilicet per interpretationem Iurisconsultorũ vt superior cum desineba: esse agnatus nisi contracta fiducia emanciparet, quod hodie semper præsumitur, vt ȷ. de legit. agna. success. §. fi. vnde hodie est semper legitimus.

i Tutor erit. Scilicet q emancipauit, si ipse est maior 25. ann. vt ȷ. ti. j. in fi. & facit ad hoc ȷ. quibus modis ius patr. potestatis solu. § & præterea si impubes. & ȷ. titu primo respon.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

*Cõtinecantur ad præcedentes hoc ordine. Supra visum est de legitima parentũ tutela. Verũ quia alia, ꝗ fiqa fiduciaria appellatur: ideo de ea tractaturus intitulauit de fiduciaria tutela.*

Exemplo patronorum recepta [h] est & alia tutela, quę & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium, vel filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit. [i]

## TITVLVS XIX.

### DE FIDVCIARIA tutela.

*Pater vigesimum quintum superãs annum, filij sui ab alio emancipati, post eius mortē fiduciarius est tutor. item frater emancipati fratris filius verò mortui patroni legitimus tutor erit.*

Est & alia tutela [k] q̃ fiduciaria appellat̃. [l] Nā si pr̃ filiũ, vl̃ filiā, nepotē. vel neptē, vel

Est & alia. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit dictum. Secundò illud exemplificat. Tertiò ponit diuersum in filio patroni. Quartò diuersitatis rationem assignat. Quintò, ponit aliud dictum. Secunda ibi, Nam si. Tertia ibi, Atqui. Quarta ibi, Quoniã Quinta ibi, Ita tamen.

CASVS. In hoc princi. dicit Iusti. ꝙ est quędã alia tutela, quæ appellatur fiduciaria, quæ habet locum in tali casu. Si parens filium, vel filiam, nepotes, vel neptes ex filio. vel deinceps impuberes emãcipauerit, ipse legi. tu. eorũ nanciscit̃. sed mortuo ipso parente eorum, denique legitimo tutore, si liberi eius virilis sexus pfectę ætatis extiterint. ipsi eorũdē impuberum emancipatorum post obitum parentis fiduciarij tutores efficiunt̃. Et hæc dicuntur vsque ad §. atqui. vbi dicit Iusti. ꝙ hoc vi llate nõ posse. & hoc tali rõne qa si patronus legitimus tutor libertorũ impuberũ decesserit: liberi eius in eadem tutela ipsi parẽti succedunt, & similiter legitimi tutores efficiũtur, à simili vř in casu proposito, ꝙ sicuti pater legitimus tutor erat, ita & filij sui in eodē tutela ei debebãt succedere: & similiter legitimi tutores existere. h. d. vsque ad vers. qm̃ ibi rñ. Iusti: ad opinionē p̃dictã in hũc modũ. nõ est mirũ, si secus sit in casu proposito de filio p̃troni Nã in casu p̃posito si fili⁹ defuncti q in fiduciariã tutelã fratris recedit, ĩ potestate pris, sui semper fuissẽt: post mortē patris, sui iuris effecti⁹ fuisset nec in potestate fratrum suorũ aliquatenus recidisset & sic nõ eodē iure fuisset apud fratrē, quo extiterat apud patrē: donec in eodē tutela erit apud fratrē in qua erat apud patrē. Sed secus est in liberto Nã si seruus in p̃tãte dñi ipe mortuus fuisset. eodē iure post mortē dñi futur⁹ esset apud liberos ipsius dñi in quo extiterat apud ipsum dñm viuentem. Nec igitur mirum, si idem manumissus incidit in eandē tutelã apud liberos patroni, in qua fuerat apud ipsum patronum. Et hoc vsque ad illum §. ita tamē. Franc.

k Est & alia tutela: Id est, alio nomine vocata.
l Fiduciaria appellatur. De qua dicitur. ȷ. §. quod defuncto. Accur.

Impube-

a Impuberes. Nam si puberes, non erit eorum curator legitimus: vt ff. de excu. tut. l. amicissimos § Lucius. a Arg. contra in auth. vt lj. qui ob. se hab. per. § j colla 6 Ioan.

b Manumiserit. Id est emancipauerit: vt ff. qn̄ act. de pecu est ann. l. 1. §. j & facit. ī titu. 1. & ff de leg. tu. l. tutela §. fi. & l seq.

c Quo. Scilicet patersa qui erat tutor filiorū & nepotum. Accur.

d Si liberi. Qui remanserunt in potestate patris. Idē puto & si filij fuerunt emancipati. Si autē tam impuberes. quā puberes remanserūt in potestate, ipso iure recidunt in potestatem sui patris illi, qui fil j sunt. sed fratres recidunt in tutelam fiduciariā semper. vt ī quibus mod ius pat. pot. sol. In. § j & ī de tut. §. permissum.

ADDITIO. Istam gl. reprehendit. Ias. quia tunc erit legitima ex mente & verbis l. 12 tabula. per text. In terminis in l. tut. in prin ff ad Velleia.

deinceps impuberes. a manumiserit: b legitimā nanciscitur eorum tutelam. Quo c defuncto, si liberi d eius virilis sexus existant: fiduciarij tutores filiorum suorū: † e vel fratris, vel sororis, f & cæterorum efficiūtur. Atqui g patrono legitimo tutore mortuo liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à viuo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur nec ī fratrum potestatem recidere, h ideoque nec in tutelam. i Libertus aūt si seruus mansisset vtique eodem iure k apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tñ hi ad tutelam vocantur si perfectæ l sint ętatis, quod nostra cōstitutio m in omnibus tutelis, & curationibus obseruari generaliter præcepit. n

e Filiorum suorum. Scilicet nepotum defuncti.

f Sororis. Sed certe frater vř esse legitimus. vt C. de exce l aduersus. quę est ȝ Sed certe qui fiduciarius est, legitimus est per interpretationē licet aliud nomē habeat. s. fiduciari⁹: & illū respectum habuit ibi vt legitimum fiduciarium appellaret.

ADDITIO. Istam gl. reprehendunt cōiter omnes docto per hunc tex. in uer. atqui. & ad contrariū respondēt, q̄ loquitur in fratre non emācipato: quem īter agnatos vocat l xij. tab. secus ī emācipato, ut hic.

g Atqui. Pro certe. Aliàs at quin & tunc dic at pro sed & quin pro certe, & est oppositio, quare filij patronorū sunt legitimi: ut ī. de leg. pa tu j. rñ & isti filij nō sic. de quod ïndet: qm̄ filius &c Sed hæc ratio non tenent, nisi inter fratres, qui nō dicunt reccidere in potestatem fratrum suorū: sed filij. i nepotes erant reccasuri in potestatem, ergo in tutelam legitimā. a Sed tñ deo, non recidunt filij iure hæreditario in potestatem. sed iure paternitatis, & filiationis, At seruus si non esset manumissus: iure hæreditario erat futurus seruus apud filios dñi & nisi essent hęredes, non essent domini: sed filius et si nō sit hæres patris: tñ filium suum in potestate habet: vt ī. quibus mo. ius. pa. po. sol. § j. Erat & alia rō iure veteri: quia emancipatione tollebaf ius agnationis minima cap. di. ēt inter patrē & filiū, nisi eēt emācipat⁹ ȝcta fiducia, nedū inter fratres: vt C. de legi tu l. 4 & ī. de leg. ag. tu. §. fi Sed hodie corrigif: vt d. l 4 C. & j. de leg. agn. suc. § fi Vnde dicunt quidā, ut Azo hodie fiduciariam esse legitimam ex verbis, & sententia l. 12. tab. ex quo hæc secunda ratio cessat, sed potest dici contrarium quia remanet prima.

ADDITIO. Forsitan facilius, & melius habebitur intellectus totius ti. si dixerimus solos fratres tutores fiduciarios suorū fratrū, & nūquā filiorū suorū, & exponamus tex. in principio filiorū suorū. s. defuncti, vel fratris. & exponetur vel pro id est, vt sit sensus q̄ liberi virilis sexus perfectæ ætatis sint tutores fiduciarij fratrū suorum, qui sunt filij patris defuncti, vt notū est, & hoc euidēter apparet per rōnē quā subiungit tex. vbi sola de fratribus mentio fit. Ias.

* Et hæc cōiter approbātur do cto. & ad ȝ rñdent, q̄ loquf in certis casi b⁹ ibi expssis: q̄a nō ē dare curā legitimā: nisi l furioso, pdigo, vř menteca pto § furiosi. j. de curato. & l. de crea tionib. C. de epi. audi. cū si.

† In plerisque exemp. desunt hæc verba, fiorū suorum, eaq; tāq̄ adulterina rejecit Æmilius Ferretus atq; Et Franc. Balduin⁹.

• Istā partem dicit Ia. esse tutiorē. nec obst. iste text. ibi Filiorū suorū: q̄a debet intelligi. s. ani defuncti: & alterna tiua vel, ponif pro id est, cū cadat īter duo idem importantia: iuxta gl. in t. t. ff. si ager

h Recideret. Dicūt quidam, q̄ si nō esset emancipatus, nō erit futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideo emancipatus non ita erit apud fratrem, sicut erat apud patrem, id est, in simili tutela.

i Nec in tutelam. Scilicet legitimam, sed fiduciariam. Ac.

k Eodem iure. Seruus enim si nō manumittatur, erit in potestate filij patroni iure hæreditario: sed filius in potestate patris iure patriæ potestatis. Ac.

¶ Ita tñ. CASVS. Domine vos dixistis mihi, q̄ mortuo patre legitimo tutore impuberum liberorum emancipatorum, exterū liberi eorundem fiduciarij tutores erunt. Estne hoc generaliter verum sine distinctione ætatis? Resp. quòd non. Nam impuberum emancipatorum liberi virilis sexus nanciscuntur tutelam, si legitimam ætatem. id est 25. anno. compleuerint, quod nostra constitutio non solum in fiduciarijs intelit, sed generaliter in omnibus tutelis, & curationibus obseruari p̄cepit. Et hæc vsq; ad fi. Fran.

nectig vř emphyt. pe. nec sequēs sol. gl. est bona, q̄a fra eā idē eēt ī ano emācipati.

l Perfectæ. Id est 25 an uā quoties fit mentio de ętate perfecta, vel de maiore annis, de 25. annis intelli. gitur: vt C. de ijs, qui ven. æta. impe. l. fi. & ff. de leg. 3 l. cum filio. §. fina.

Ætas perfecta quæ est.

ADDITIO. Et per quæ verba intelligatur hæc ætas: & an iste minor possit esse executor vltimæ voluntatis, procurator, index, arbiter, aduocatus de antianit, vel de alio regimine ciuitatis: vide An. hic.

m Constitutio. Vt C. de leg. tu. l fi.

n Præcepit. Scilicet vt si perfectæ ætatis, & est rō: vt j. de execu. tu § in notes 25. ann. Ace.

TITVLVS XX.

## DE ATTILIANO Tutore, * & eo, qui ex lege Iulia, & Titia dabatur.

*Cessante testamentaria, & legitima tutela, locus est datiuæ. i. à iudice dandæ.*



I cui nullus

DE ATTILIANO TVTORE. &c.

*Supra visum est de testamentaria tutela: & subse quenter de legitima. Verū quia cessante testamētaria legitima opus est prouidere de datiua, idea subdit de Attiliano tutore. Porcius.*

* De Attiliano tutore. Id est, de eo tutore, qui dabatur per legē factam ab Attilio. vt in tex. exponitur.



I cui. Totus iste tit. diuidif in quatuor partes. Primo ponit ius antiquum circa dationem tutoris. Secundò ponit ius nouum. Tertiò ponit ius nouissimum. Quartò ponit nouum casum, videlicet, q̄ naturali æquitati ꝯuenit īpuberes esse sub tutoribus: & q̄ finita tutela teneant ad rōnē reddēdam. Secunda ibi. Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos aūt. Quarta ibi, Impubere Itē prima subdiuidif in alias quatuor partes. Primo ex quibus

omnino tutor [a] fuerat: ei dabatur in vrbe quidē à prętore vrbano, & maiore [b] parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in prouincijs vero à prȩsidibus prouinciarū ex lege Iulia, & Titia.

*Quoties spes testamentarij tutoris pendet, datiuus habet locum, qui tutor est quousque testamentarij impedimentum cessat. Are.*

Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo [c] datus fuerat, quamdiu conditio aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor † alius interim dari poterat. [d] Item si purè datus fuerat: quandiu ex testamento nemo [e] hæres existebat, [f] tamdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat [g] esse tutor, si conditio [h] extiterat, aut dies venerat aut heres extiterat.

*Impedimento superueniēte tutori testamentario, quod tamen speratur tallı de iure cam ... datur interim tutor à iudice, qui desinit esse tutor, impedimenta testamentarij cessāte. Are.*

Ab hostibus quoq; tutore capto, ex his legibus tutor petebatur. [i] q desinebat [k] esse tutor, si is, q captus erat, [l] in ciuitatem reuersus fuerat: nam reuersus recipiebat tutelā iure postliminij.

*Item lege Attilia, & lege Titia non cauebatur de satisdatione tutoris: ideo ex his desierunt tutores dari. Are.*

Sed ex his [m] legib⁹ [n] tutores pupillis desierūt dari posteaquā prīo [o] cōsules pupillis vtriusq; sex⁹ tutores ex inquisitione [p] dare cęperūt, deinde ṗtores ex constitutionibus. Nā supradictis [q] legibus,

quibus legib⁹ ipse tutor dabatur deficiente oī tutore testamentario, & legitimo, & à quibus dabatur Secūdo, qn̄ testamētario dato sub cōditione, vel in diem, purè tutor datur. Tertio, qd̄ si testamentari⁹ tutor sit captus ab hostib. Quarto quomodo istæ leges ab vsu recesserunt. & causam propter quam. Secunda ibi, Sed & si Tertia ibi, Ab hostibus. Quarta ibi, Sed his.

CASVS. Domine, iam video quòd vultis tractare de datiua tutela, dicatis igitur mihi quando locum habet datiua tutela, & à quibus dentur tutores datiui? Ad hoc resp. Impe. Amice: Si cui nullus omninu tutor neque testamentarius, neque legitimus sit: tunc demum habet locū datiua tutela. & illis, qui neque testamentariū, neque datiuum habent tutorem, olim quidē secundū iura antiquissima dabatur tutor authoritate leg. Attil. in vrb Ro à prætore vrbs, & à maiore parte tribunorum Plebis, sed in prouincijs dabaᵣ tutor eisdē à præsidibus prouinciarū authoritate l. Iul. & Titiæ: & non solummodo si null⁹ tutor, sed etiā licet in testamento tutor datus fuerat, cū sub cōditione, aut in diē certū dabatur. nā si in testamento tutor sub conditione, aut in diē dabaᵣ authoritate legū pr̨edictarū, interim quis tutor dari poterat in defectū tutoris sub conditione, vel in diē dati: q pēdente cōditione vel die poterat administrare. Quandoq; etiā si purè datus fuerat tutor testamēto. tā nihilominus datiuus tutor locum habuit quādiu hæres ex testamēto nō adijt tādiu enim ex eisdē legibus tutor dabatur, & in omnibus his casibus tutor ille datiuus in defectum testamētarij datus desinebat tutor esse cōditione, vel die adueniente, vel hērede ex testamento hr̄ditatē adeunte Itē in alio casu ṗdict⁹ tutor dari solebat. Nā si testamētarius tutor vel ēt legitimis ab hostibus captus fuerat ī defectum tutoris capti alius tutor ex eisdē legibus dabatur. & iste luco capti subrogatus desinebat eē tutor captiuo in ciuitatem reuerso Nā reuersus in ciuitatē administrationem tutelæ iure postliminij recipiebat. & hęc dicuntur vsque ad illum. §. sed ex his legibus. Fran.

† Quidā reijciunt hæc, alius interim.

[a] Tutor fuerat. Scilicet ex testamento nam quādiu testamentaria tutela superest, non est locus alij. Item nec legitima, nam nec datiua tunc locum habet. vt C. qui dari tut. poss. l. si sororia.

[b] Et maiore. Id est, à duobus Erant enim tres vt arg. C de offi præt. l. 2 & ff. de orig. iu. l. 3 §. eisdem

[c] Ex die certo. Vt à paschate in antea sis tutor.

[d] Dari poterat. Et hodie datur. [a] vt ff. de test. tut. l. si quis. sub conditione.

[a] scilicet in his tri-

[e] Nemo. Nam si vnus de pluribus hæredibus adierit, valet tutela: vt ff. de test. tut. l. si nemo. [a] Idem in libertate in testamento relicta: vt ff. de test ma. l. testamento. §. testamento.

[f] Existebat. Sed quid si nullus fuit īstitutus cū pupillo, sed tm̄ pupillus est hæres? Potest dici, q authoritate iudicis adeat: vt C. de iu. del. l. si infāti. & tunc valebit tutela, & incipit tutor administrare. Accur.

ADDITIO. Vidè plenius hanc quæstionem per gl. in l. si nemo. r. ff. de testa. tute.

[g] Desinebat. Id est ille, qui sic erat datus in subsidiū, desinebat, cū testamentari⁹ venit, vt subijcit.

[h] Cōditio. Hic tutor tacitè, vsque ad diē, vel condōne existentē datur, exp̄ssè non potest: vt ff. de reg. iur. l. actus.

ADDITIO. Quod procedit in cōditione intrinseca ṗuenicnte ex natura rei s̄m Christopho. vt hic, & l. mutu. §. sub conditione. ff. de tute.

[i] Petebatur. Nec erat locus legitimæ. vt ff de leg. tuto. l. j. §. si apud.

[k] Qui desinebat. i. iste talis qui erat datus in subsidium.

[l] Iure postliminij. Quo iure etiam omnia alia recuperat: ut s. quib. mo. ius pat. pot. sol § si ab hostibus. nec de administratis interim tenetur hic reuersus. vt argu. ff. si quis cau. l. 4 § illud sciendum.

bus tantum sed non ꝑ l. Attiliā, vel Titiā quia illæ sunt sublatæ vt j. eo. §. sed ex his.

[a] Etiam si fuerit in re certa. alijs vt ī statutis adeūtib⁹, vt ibi notat Bart. ꝑ l. j §. si ex fundo. ff. de hēd. inst. Angel.

¶ Sed ex his. CASVS Dn̄e iam vidi à quib secūdū iura antiqua dabātur tutores, dicatis mihi si placet, qualiter illa iura antiqua correctionē receperunt. Et certè dicit ipse Impe. postquā cōsules ceperūt dare per inquisitionē tutores pupillis vtriusque sexus, & prætores per constitutiones nostras, tunc ex supradictis legibus desierunt tutores dari Nam illis legibus neque de cautione à tutoribus danda rem pupi. sal. fore, nec de compellendis tutoribus ad administrationem tutelæ quicquā cauebatur. Et hæc dicuntur vsque de illum §. sed hoc iure vtimur. Fran.

[m] Sed ex his. Nunc recitat secundum ius: nam quatuor sunt iura, quæ in hoc titu notari possunt.

[n] Legibus. Scilicet, Attilia, & Iulia: & Titia. vt eo. titu. in prin.

[o] Posteaquam primo. Aliàs, quam primum.

[p] Inquisitione. Scilicet inquirendo facultates eorū, an sint pares muneri iniuncto. vt j. de excu. tut. §. sed & propter. Item bona conuersatio requiritur, vt & aliàs in patre arrogatore ut ff. de adopt. l. nec. ei. §. eorum & s. de adopt. §. cum autem.

[q] Nā supradictis Bene dico, q desierunt ꝑ has leges tutores dari. postea quā cōsules dederunt ex inquisitione. & bonum fuit propter duas rationes quas ponit

nit. Nam pro quia &c.
a Fore. Hanc cautionem præstant tutores & cur. vt ff. rem pu. sal. for. l. non quasi. §. j. & l. si ad species.
b Compellendis. s. captis pignoribus, vt j. de satisda. tut. § penul.
c Sed hoc iure.

Casus. Dñe, iam video qualiter iura antiqua correcta fuerunt, & qualiter fm mediā iuris pruden tiā tutores dabant. Ideo dicatis mihi si placet: à qbus dant hodie tutores secundum iura moderna? Ad hoc rñd. Imper. Amice, hoc iure hodie vtimur, vt præfectus vrbis, vel ptor fm suam iurisdictioné: & in prouincijs præsides, tutores pupillis possint dare. Et non solum præsides in ,puincijs hoc facere pñt, sed ēt magistratus delegatione eis facta à præsidibus, uidelicet si non sint magnæ facultates ipsius pupilli. Et hæc ita obtinebant primo, tempore nostri Imperij. Nos tñ postea quia difficultatem esse in expectanda iussione præsidum perpendimus: huiusmodi difficultates hominum per constitutionem nostrā resecare curauimus. Vnde in cōstitutione nostra statuimus, ut si facultas pupilli vsq; ad quingentos solidos ualeat, defensores ciuitatis, vna cū eiusdē ciuitatis religiosissimo episcopo, uel aliæ publicæ psonæ, id est magistratus, uel iudices Alexandriæ non expectata iussione pñsidū, tutores, uel curatores dare possint, legitima cautione rem pupilli saluam fore, secundum eiusdem constitutionis normam à tutoribus interponenda, eorum uidelicet periculo, q huiusmodi satisdationem accipiunt. Et hæc vsq; ad illum §. impuberes autem. Franc.

neq; de cautione à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore, [a] neq; de cōpellēdis [b] tutorib. ad tutelæ administrationē, quicquam cauebatur.

*De iure nouo, Romæ Præfectus, & Prætor in prouincijs præsides, uel magistratus eorum iussu, si facultates pupilli non sunt magnæ, dant tutores. Arc.*

Sed hoc iure utimur, [c] vt Romæ quidē præfect[d] vrbi, vel ptor secundū suā iurisdictionem: [e] in ,puincijs āt Præsides ex inqsitione tutores creēt: [f] uel magistratus iussu [g] præsidū, si non sint magnæ pupilli facultates.

*Iure nouo, si pupilli facultates aureis quingentis non fuerint ampliores, a quocunque iudice una cum ciuitatis episcopo tutor datur, cautione ab eodem præstita, rem pupilli saluam fore, cuius cautionis periculum ad recipientem spectat.*

Non autem per constitutionem [h] nostram hmōi difficultates hoīum [*] resecantes: nec expectata iussione [i] Præsidum, disposuimus, si facultates pupilli, uel adulti usque ad quingētos solidos [k] [†] valeāt: defensores ciuitatū, una [l] cum eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite, uel alias [m] publicas psonas. i. magistrat[9], uel iuridicum Alexandrinæ [n] ciuitatis, tutores, uel curatores creare, legitima cautela secūdum eiusdē cōstitutionis normam præstanda: uidelicet eorum [o] periculo, qui eam [p] accipiunt.

*Aequum est, ut regatur impubes, qui nescit se regere.*

cendus est ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet: ut C qui pe. tu. vel en. l. j. Accu.
g Iussu præsidum. Ergo delegat. Sed § ff de tut. & cu. da. l. nec mandante. Sed ibi mandatum est, qd nō importat necessitatem, * hic iussus q importat. ut ff q tut. l. j. & § j. & ff ma. l. j. Vel ibi erāt magnæ facultates pupilli, hic paruæ. Sed certē & si sint paruæ adhuc vl idē. nā datio tutelæ ē mixti Im. perij: vt ff d iu. l. mu ro. § datio ubi dī, q tut. datio. illi soli cōpetit, cui nominatī hoc dedit, vel lex, vl senatusconsultū, vel princeps, ergo nō pt delegari: ut ff de of. eius cui ma. est iur. l. r. t. rñ. Sed dic, q si pōt delegari nō habē iurisdictionē: sed hñ ri sic: ut ff. eo de tu. & cu da. ab his l. iua dādi, vt hic dī. Sed q̄ sunt magnæ facultates? Rñd. quinquaginta aurei: vt C. de defen. ci. l. r. Vel decē libræ auri: ut in Auth: de ap. § & col. 4. uel ecc. aurei: ut T Auth. de defen. ci. §. & iudicate. col. 5. Vel uerius usque ad quingentos solidos sunt paruæ, si vltra, sunt magnæ, ut infra proxi. §.

Additio. Quod uerum, quo ad materiam istam, alias autem relinquitur iudicis arbitrio iuxta consuetudinem, vulgi opinio. & qualitatem personarum: ut hic per doct.
h Per constitutionem. Quam non habemus.
i Iussione, i. delegatione, sine præcepto. Nā in hoc differt a mandato: q a mandatum ex voluntate est, sed iussus necessitatis: ut ff. qd iusl. j. § a ff. man. l. j.
k Solidos. i. aureos: ut j. de pœ. te. liti. §. fi. quorum septuaginta & duo faciūt libram auri: ut C. de suſ. & ar. l. quoties. lib. 10.
l Vna. Id est, simul.
m Vel alias. Hoc qñ extra ciuitatem, ut in municipio. nam magistratus municipalia dabit.
n Alexandrinæ. Hoc qñ tutor datur in ciuita. Alexandrina.
o Eorum. s. tabellionum. & aliorū: non verò ipsorū maiorum iudicum, qui habent potestatem dandi tutum: ut j. de satis. tut. & cu. § fi. qui sont contra.
p Eam. Scilicet satisdationem.

Sed foræ tancil obsequii satisdatione. Aegi. Per.

* Aliàs omnino.

† Solidus qd signi ficet, vide Bud li. 5. de asse & partibus eius, quo loco explicat qd dicatur libra auri iure.

Facultates, q dicā tur magnæ.

‡ Mādo. § form. comif. in uer. atten ra grauitate.

§ Ex quo infert la. § statutū loquēs de moneta simplr debet intelligi fm p̄ sumptionē alteri statuti. Sed inter Shē. talis locutio intelligit se cūdū cōmunem rursum regionis.

Mādo. in glo. Facul. § Et ipsa uer. vnā.

† Imò ēt ciuiles, scdū Ang. gc. & Iaf. vt l. j. §. q ca. & §. cura carnis. & l. iij. ff. de off pf. vrb. & sic nō obstat l. solem. § latrunculator. ff de iud. sufficit n. dare mstā tiā. vt no. glo. 2 q. t. sicut vige si.

c Sed hoc iure utimur. Hoc est tertium ius, quod erat tempore Iustiniani: & hodie est quartum additum, quod est inf. proxi §.
d Præfectus. Ad præfectum cognitiones criminales t ad prætorem ciuilia negotia nanciebātur patet ff. de offi. præ. vrb. per totum ti. & ff de off. præ per totum ti. Sed tutelam habent dabat utrumque, ut hic. Acur.
e Iurisd. ctionem. Præfecti urbis est iurisdictio usq; ad c. milliaria, sed prætoris Romæ tñ: ut ff de off præfe. vr. l. § cum vrbem, & in sum. Azo. de offic. præt. Dabunt ergo eum, & ei, qui est de sua iurisdictione: ut statim in præside notabis.
f Creent. s. eum qui est de sua iurisdictione, dabūt: vt ff de tut & cur. da. ab his. l. ius dādi. Si verò ibi nō inueniantur idonei: ēt in alio loco quærēt, & in præsidi nunciabūtur ff. eo de tu. & cu. da. ab his l. diuus. l. ē ei, qui sit de sua iurisdictione: vel rōne originis, uel rōne possessionis, vel ratione domicilij: ut ff eo. de tu. & cu l. r. §. ult. & l. diuus. Si aūt in altero hor ū trium locorū non inuenit, sed in quarto loco, redu-

Impuberes aūt. Casus. Dñe, iā video à qbus dabant tutores olim iure antiquo: & et qb. dant hodie fm constitutionem vestrā, pro deo dicatis mihi, si placet, qualiter hmōi impuberes sunt in tutela. Ad hoc rñd. Imp. amicè, certe naturali rōne cōuenit: & iuri cōsentaneū est, vt ipuberes I tutela sint: vt uideliter illi q pfectæ ætatis n sūt aliorū tutela regāt. Sed dñe Imp dicatis mihi si placet, quo iure coguntur finita tutela reddere rōnē suę administrationis, ad hoc rñ. Imp Amice, cū tu. pupillorū, pupillarūq; negotia administrēt: finita administrōne actiōe tutelę rōne administrōnis suę reddere ,pellūt. Et hæc vsq; i fi. Et impube-

a Impuberes. Hic §. est generalis ad omnes praecedentes tit. de tutelis.
b Iuri. i. aequitati.
c Gerant. Aliàs egerunt, id est gesserunt, aliàs gerunt.
d Post pubertatẽ. Sed & ante. si finita tutela fuerit prius: vt ff de tu. & ra. distr. l. nisi finita. aliàs (id est nisi esset finita tutela) nõ nascitur actio tutelae: sed aliae actiones natae sunt: sed nõ exercentur: vt ff de tu. & ra. distr. l. si tutor. §. si & l. sed non datur.

ADDITIO. Nõ dicerentur ideo est: quia actio tutelae est gñalis: & sufficit eã semel nasci, & nõ saepius p singulas cãs, vt in la. Ang. tñ tenet cõ istã gl. & de casib. in qb. possis exerceri ẽt durante tutela, se remittis ad no. in l. ij. C de admi tut.

e Tutelę iudicio, i. actione tutelae, q̃ daf in simplũ: & pp dolũ, & culpã latã, & leuẽ. Est & alia actio qua tutor tenetur f. de ronib. distrahẽdis. sic n. noiaf: vt ff. dc cõ acti. tut l ij. & daf in duplũ, & pp dolum tm: & in duplo cõtinet rei psecutio. Prior datur cõ tutorẽ, & cõ hrdes, posteriori cõ tutorẽ tm: vt ff de tu. & ra. distr. l. j. § pen. & l ij. Itẽ vna intẽtata, altera denegaf, licet plus sit in ea. & cõ t secus in actione tutelae, & furti, quae secum cõpetit: vt ff. de tu. & ra. distr. l. j. §. in tutela.

Actio tutelę, & actio d rõnibus distrahẽdis differũt.

Impuberes a aût in tutela esse, naturali iuri b cõueniẽs est: vt n.s, q̃ perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur.

*Tutela finita administrationis ratio redditur: nec ante cõuenienda est tutor tutelae iudicio, quàm officiũ expirarit.*

Cũ ergo pupillorũ, pupillarũq; tutores negotia gerant, c post pubertatẽ d tutelae iudicio e rationem reddunt.

## TITVLVS XXI.

## DE AVTHORITATE tutorum.

*Pupillus etiam sine tutoris authoritate conditionem suã meliorem facere potest, deteriorem non potest: quo fit, ut in contractibus vltrò, citròq; obligatorijs contrahentem sibi obliget, ipse autem illi non obligetur.*

Authoritas aût tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est: in quibusdã non est necessaria vt ecce, si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria f tutoris authoritas, q̃ si alijs promittant g pupilli, necessaria est h tutoris authoritas. Namque placuit meliorem quidẽ conditionem suam licere eis facere, etiã sine tutoris authoritate, deteriorẽ verò non aliter quã cum tutoris authoritate. Vnde in ijs causis, ex quibus obligationes mutuae nascunt: vt in emptionibus, & venditionibus i locationibus, cõductionibus, mandatis, depositis, k si tutoris authoritas nõ interueniat, ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur, aut inuicẽ pupilli non obligantur, l

*Haereditatem adire, bonorum possessionẽ petere, aut fideicommissariã haereditatem suscipere, non nisi cum tutoris authoritate pupillus potest.*

## DE AVTHORITATE TVTORVM.

*Dictum est qualiter suprà tutores creantur, hic quã do creati sunt, qualiter se regere debeant, & authoritatem praestare. Ares.*

Authoritas aũt. Totus iste titulus diuiditur in tres partes principales. Primo ponit in quibus casibus est authoritas tutoris, & quibus non. Secundo qñ illa authoritas debeat impartiri. Tertio remouet quoddam dubiũ. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars vsque ad §. neque tamen, subdiuiditur in quatuor. Primo ponit dictum bimembre, Secundo exemplificat quodlibet ex dictis membris. Tertio rationem annectit. Quarto infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, ut ecce. Tertia ibi, Namque Quarta ibi, Vnde in his.

CASVS. Dñe, vos vultis tractare de authoritate tutor. nunquid semper est necessaria tutoris auth. Respõ. Imperat. q̃ non. In quibusdam enim causis non est necessaria, si n pupilli stipulantur sibi dari a'quid: in eo casu non est necessaria tut auth. secus est si tñ ta casu econuerso. Si enim ipsi pupilli aliquid aliis promittant, ad hoc vt ipsi ex illa promissione eis effecte obligetur, necessaria est tut. author. Meliorem enim suam cõditionem possunt facere sine tutoris authoritate, deteriorẽ verò neqnaquã facere possunt, nisi tutoris authoritas interueniat. Vnde in illis casibus ex quib. ex vtroq; latere nascitur obligatio, vt in emptione, venditione, locatione, cõductione, mandato, & deposito, nisi tutoris auth. interueniat t illi qui cũ pupillis contrahunt, obligantur: sed pupilli eis nequaquam obligati sunt. Et hęc vsque ad illud § neque tamen. Franciscus.

f Non est necessaria vt C de contrahen. & com. stipula. l neq; & l j. C. de su thoritate praestan.

g Promittant. quia tunc est verisimile, quod malè agant & facit ad hoc infra q̃bus alie. li. vel non q. nunc admonendi & §. at ex contrario & ĩ de inu. stip. §. pupillus & ff. de acq. rer dom. l pupillis & ff. de pact. l. contra iuris. l idem de muliere super dote pacifcente, vt ff. de pact. do. l de die. Idem in alimenta rio transigẽte, vt ff. de transa l. cum hi. § quid ergo. Item facit. C. de contra. & comm. stipu. l. neque.

h Necessaria est. In duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tut. auth ff. de act. & ob. l. furiosus. vbi scilicet ex re actio venit.

i Venditionibus. Si autem pupillus petat rem ex venditione, repellitur exceptione doli mali: nisi pre tium dare velit: vt ff. de rescinden. venditio l. si id quod § vlt. in fine.

k Deposita. Pupillus tamen doli capax tenetur depositi, si quid doli commisit, vel locupletior factus sit, ut ff. dep. l. j §. an in pupillum. Accur.

l Non obligatur. Et sic not. quod contractus claudicat quandoque, vt hic: & ff. de actioni. empt. l. Iulianus § si quis à pupillo. argumen contra. ff de arbitr. l litigatores § pen. & fi. in Auth. de non eligen. secundo nub § prospeximus coll j.

Item hoc est verum nisi locupletior sit pupillus, aliàs excipitur si agat, & contra poterit agi, vt ff. de administratione tutorum. l. si minoris, & C. pro emptore. l. si. & eadem lege quinta. §. j. & derelcindenda vend. l. si id quod § si.

Neq; tñ. CASVS Dñe, vos dixistis mihi. s. q̃ licet pupillo meliorem facere cõditionem suam sine tut. aut. Pono igitur, q̃ aliqua lucrosa hreditas delata sit alicui pupillo: nunquid poterit illam hereditatem sine tuto. aut. adire? Rñ. Imper. quod non. Licet enim

e Intelligẽ, q̃ valet authoritas in cõ tibus ex quib. pt vtilitate reportare aliàs nõ: quia esset authoritate donare nõ põt. C. de admi. tut. l non omni. Em la. & Por.

Die boc qñ cõtus claudicat est bona gl. in e. de illis. ex q̃ despõ. im pu. quẽ vi de & in e. j. iñsta gl. si cõ. d eo qui du. in matrimonium.

Dic q̃ hoc ẽ ipse casus sauore pupilli Em Ang.

enim dictū fuerit generaliter ī. q licet eis facere cōditionem suam meliorem sine tu. auth. hoc tō fallit lo casibus specialibus: Neque enim hæreditatem adire, ucq; bonorū possessioné petere, neq; hēditatē ex fideicom suscepere poterit, nisi tu. auth. interueniat: quāuis lucrosa sit, & hoc ideo statutum est, ne ille damnum inde habeat. & hoc vsque ad §. tutor autem. Franciscus de Are.

Neque tamen hereditatem [a] adire, neque bonorum possessionem [b] petere, neque hæreditatem ex fideicommisso [c] suscipere aliter possunt, nisi tutoris [d] authoritate (quāuis illis lucrosa sit) [e] ne vllum [f] damnum habeant. [g]

*Tutor præsens debet authoritatem interponere, aliàs non valet.*

Tutor autem statim in ipso negocio præsens, [†] debet [t] author fieri, [a] si hoc pupillo prodesse existimauerit: [1] post tempus [a] vero, vel per epistolam: [b] aut per nuntium [†] interposita authoritas, nihil agit.

*Tutor sibi authorari non potest nemo enim in rem suam author fieri potest.*

Si inter tutorem, pupillumque iudicio [a] agendum sit: quia ipse tutor

[a] Hæreditatē. Quæ ex testamento, vel ab intestato defert scilicet iure ciuili: vt ff. de peti. hær. l. 1. & 3. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus tempore mortis suæ deducto ære alieno: vt ff. de verbo. signific. l. nihil.

[b] Bonorum possessionem Ex testamento, vt secundum tabulas, vel ab intestato, vt vnde liberi. & similes, quæ sunt omnes de iure prætorio. vt j. de bon poss § quos autem. Et est bonorum possessio ius persequendi, retinendiq; patrimonij, quod cuiusque fuerit, cum is moritur: vt ff. de bon. poss. l 3 §. bonorum, Hoc tamen in bon poss. fallit in casu, cum pupillus non habet tutorem, tunc. n. prætor authoritatem tutoris potest supplere: vt C. q admit ad bon poss. l. bonorum. Idem in hæreditate; vt C. de iu. delib l. si infanti. In fi.

ADDITIO. Et alios casus in quibus iudex supplet defectum tutoris, vel impedimentum, vide per Ang. hic & pcedūt in iurisdictione volūtaria, & qñ ex actis apparet, q iudex facit ex certa scientia: item vbi tutor solus sufficeret: aliàs secus, secundum eum.

[c] Ex fideicommisso. Vt p senatusconsultum Trebellianum: vt j. de fideic. hær §. sed quia. [g] Idē dico & si bona velit recipere causa seruandarum libertatū eum & ibi possit temere dānum, quia est successio in vniuersum ius: vt j. per quas perso. no. acqui. §. si.

[d] Tutoris Id est, administratoris, cui administrato sit concessa in testamento. alioqui nō valet: nam & si ab eo, qui tutelam non gerit, sciens aliū gerere eum, dūt non efficiat: vt ff eo. l. 4 Item nunquid curatoris pupilli sufficit authoritas ad adeundam hæreditatē, vel bono. poss. delatam pupillo? Rñd [a] non. vt ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor vsque ad fi. legis.

[e] Lucrosa sit Id est appareat lucrosa. ne occasione lucrosæ adeat damnosam quia adeundo oneratur legatis, & fideicommissis, & alijs oneribus: & ita obligat. sed non potest obligari sine tutoris authoritate. & ī. e. in prin. Sed si obijciat: cessante causa &c. hoc ratiò accidit q hæreditas non sit onerosa: sed frequenter ɔtrium: & ad ea quæ frequentius acciduot, iura adaptantur: vt ff. de leg & senatusc. l. ea ı. ad ea.

ADDITIO Et quamuis gl. in l. si quis mihi bona. §. t. in gl. hæreditatem. ff de acqui. vel amit. hær. teneat ɔtrium, ista tñ est veritas pro qua facit q necesse est adeuntem cognoscere causam suæ aditionis: puta ex testamento, vel ab intestato tāquam agnatus, vel cognatus: vt l. qui in aliena ff de acq. hær. quod pupill' discernere non potest: secundum omnea hic.

[f] Ne vllum Est & alia ratio, [g] etiam si sit lucrosa. quia litibus, & sumptibus vexaretur. vt ff. de mi. l. minorib' 20 ān. Et his eisdem ēt rōnibus nec in iudicijs ciuilibus, & criminalio. [4] pōt esse sine tutoris authoritate. vt ī. si aduer. rē iud. l. cū minores. & C. de

[1] Si tñ sit infans, pt soli tutori fieri restitutio. l. restituta. §. si ff. ad Tre & solus tutor adire. l. si infanti. C. ō io. deli. aliàs sec'. l. potuit. C eo. Itē pōt solus bon. pos. agnoscere q a l facto consistit. fm Aog. & Ias.

[a] Istā sequit Aog. hic.

[q] Istā rōnē sequit Bat. in l. potuit. C. de tu. de. libe.

[q] Contrariū tenet Ias. q a pt torquert sine tutoris authoritate, q supplet iudicis præsentia vt no. Bal. in §. itē sacramenta. in si. de pace ius. firm.

aut pst. l. clari. Nisi in quatuor casib' vt in possessione momētanea. vt C. si per vim, vel alio mo. l. s. & C. q leg. perso l. momentaneæ, in gl. 3 4 Item in violato thoro minor sine curatore accusatur: vt ff. de adul. l. si maritus a. §. lex. sed hoc in adulto. Itē si veniā ætatis impetret vt C. de his, qui vē. ęta. impe. l. t. & a. Itē in loter dicto de libero homine exhibendo. vt ff. de liber. ho. exhib. l. quod & lex. §. sed & si mulier.

[g] Damnum habeāt. [d] Quia forte subest æs alienum latens. Accur.

¶ Tutor autem. CASVS Domine lā video in quibus casibus tuto. auth. debet interuenire, dicatis mihi, si cordi est, qualiter debeat interponitur. auth. ad hoc respō Imper. Amice, tutor in ipso negotio à pupillo suo cōtrahē do debet personaliter interesse, & quod actum est a pupillo laudare, si hoc pupillo, suo prodesse existimauerit. Nam tutoris authoritas post tempus, vel p epistolā interposita nihil agit. Et hæc vsque ad illū §. si inter tutorem. Fran. de Are.

[a] Author fieri. Id est probare, & laudare, quod fit p pupillum: ut ff eo. l etiam.

[1] Existimauerit. Non enim compellitur. Primo, q a est iniquum. Secundo quia tenetur pupillo damnū resarcire tutor: vt ff. eo l si tutor. Ac.

ADDITIO Sic etiam filius non pōt adire hēditatē sine voluntate patris. vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. pen.

[a] Post tēpus. Scilicet nō modicū aliàs valet authoritas: vt ff. de acq. hær. l. si quis mihi §. iussum. quę est cōtra & est rō: quia videntur inesse, quæ incontinenti fiunt: vt ff. si cer. pe. l. lecta. § dicebam. & ibi gl.

[b] Per epistolā. Non caute, & redde singola singolis nā dixerat duo. s. statim. ad quod refertur, post tempus. & Itē in ipso negot o pśens, ad quod refertur hoc p epistolam q inter absentes mittuntur [a] vt j. de obli. ex cōsensu. §. ideo. in fi. Idem & si alio modo inutiliter authorizetur. vt ff eo. l. 1 § fin. & l. seq.

¶ Si inter tutorem CASVS Dñe, iā vidi qualiter debeat interponi tut. auth dicatis mihi mō, si aliquod iudicium agendum sit inter tutorē, & pupillum. q d iuris est in casu isto? Ad hoc Imp dicit Amice, si iudiciū inter tutorem, & pupillum agendū sit: in casu isto non prorius tutor (vt olim cōsueuit fieri) cōstituet sed loco eius curator dabitur, & interueniente ipso curatore iudicū peraget. & finito iudicio desinet esse curator. Et hæc dōr vsq; in fi ti. Fran de Are.

Iudicio Scilicet rei vendicationis vel alterius psonalis vel realis actionis pter actionē tutelæ. q contra tutorem erit danda: q durante officio non dat. vt ff de tut. & rō. distra l. nisi finita, §. fin & l. cū adhuc. & Idem in vtili generali neg gesto. quæ datur contra curatorem adultis. vt ff. de admin. to. l. cum cura tore. & C de admin tut. l 3. & l rationes. Sed certè necaliq videntur interim posse intendi: vt ff. de tute. & ra. distra. l. sed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipsemet exerceat, non dantur: sed per procuratorem sic: vt hic dr. Item nunquid hæc correcta sunt hodie per Authen. vt lj, qui ob sc. perhi ha. res m § r. coll. 6 cū nullus creditor, vel debitor possit esse tutor vel curator? Respond. q sic: nisi in tutore testamentario, in quo potest adhuc hodie hic §. loqui, cū

hoca

Abeuntdant hæc. aōt p unum tium. nec habentur In l. obligari §. tutor. ff. eo. dē vnde θεμάτον hoc adverbū sūptū est. Bono. possessio.

Rō fm Bar. quia ocul' certior aurę p §. agnationis de gradib. cognat. Ægi. Per.

Rō quare sol' pupillus nequit adire hēditatē, q a nō hēt discretionem. nec cognoscit cās acquiē dę hēditatis, quod requirit: vt l. popillus. ff. de acq. hære. Ægi. Per. Anto. Augu. emandatio lib. 3. ca 7. legēdū censet, nec vllū. dānū habeat.

Idē Tu. lib. epist. 2. epist 3. Ægi. Per.

Iudiciom vtrū inter tutorē & pupillum possit eē.

Sic nec debitor, nec creditor ecclesiæ pōt eē miniculanus eiosdem Ægi. Per.

fides talis tutoris ab ipso testatore sit approbata. vt j. de satisda. tut. vel cur. § 1. & C. de episc. aud. l. de erea tionibus. § in prin. Vel idem in eo qđ in alijs, vt in pd. auth. diximꝰ. Itē & circa reales actiones hūc §. hodie facimus loqui cum in eis non sit obligatio, vnde Authen. cessat. vt j. de act. §. j. Ac.

a Et ista ē cōis opi. si testator sciuerit: s si ignorauerit fm Ang.

a In rem suam. Et pupilli, quę sua dr, cum bene administrat. vt ff. de furt. l. interdū. a. § qui tutelam.

b Author esse non potest. Facit ad hoc ff. de ver. sig. l. quod dicimus. & C. ne quis in sua causa. l. vnica. a & C. de testi. l. oībus vt. ff. eo. l. v. i. rñ. arg. contra. C. de fideicō. l. fi. ibi cum ipse sibi iudex & testis &c.

g Pōt tñ i ꝯñtiā ēt ad ppriā rē, autho- rare & sibi soluere, ac tradere rem debitā ēt immobilē sine iudice: vt l. si- filulas. ff. de ȝn. ēp.

g Ratio autem textus præsentis est qa sequeretur, vt in eodem negotio esset quis actor, & reus, quod est incōueniens. Accur.

c Vt olim. Nam olim in tali casu dabatur tutor prętorius, quod hodie non est. vt hic dicitur.

d Sed curator. C. de in lit. dan. tut. l. s.

e Datur etiā inuito: vt ff. de tut. l. a. §. idē Cassius.

f Et eo. Scilicet iudicio.

h Dic, q ibi impropriè dr iudex. & testis.

in rem suam a author esse non potest: b non prętorius tutor (vt olim) c cōstituitur: sed curator d in locum eius datur. e quo interueniente, iudicium peragitur: & eo f peracto, curator esse desinit.

## TITVLVS XXII.

## QVIBVS MODIS tutela finitur.

### QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR.

*Dictum est de ingressu tutelarum: & supra tit. x de progressu, restat de fine: sicut est in operibus naturæ ingressus, processus, & finis. Are.*

Tutela multis modis finitur.

fructuarij sunt. Partus verò ancillæ i fructu nō est: itaq; ad dñm ꝓprietatis ꝑtinet.[a] Absurdū[b] enim videbatur, hoīem in fructu[c] esse: cū oēs fructus rerum natura,[d] gratia hominis comparauerit.

*Debet vsufructuarius gregis de fœtibus submittere in locum demortuorum: & similiter arbores: & vites in locum demortuarum. Ar.*

Sed si gregis[e] vsumfructū quis hēat: in locū demortuorū capitū ex fętu[f] fructuarius submittere[g] dēt: (vt & Iuliano visum est) & in vinearū demortuarum, vel arborum locum, alias debet substituere. Rectè enim colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

*Thesaurus, vel in suo, vel in religioso, vel in sacro loco inuentus efficitur inuentoris: in alieno verò casu fortuito inuentus: solum pro dimidia efficitur dominus inuentor: & dominus soli pro alia dimidia. Aret.*

Thesauros,[h] quos quis in loco[i] suo[k] inuenerit, diuus Adrianus naturalē æquitatē secutus, ei cōcessit, q eos inuenerit.[†] Idē que statuit, si qs in sacro, aut religioso[l] loco fortuito casu[m] inuenerit. At si quis in alieno loco,[n] non data ad hoc opera, sed fortuitu inuenerit: dimidium dño[o] soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco[p] inuenerit: dimidium inuentoris, & dimidium esse Cęsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco,[q] vel publico,[r] vel ciuitatis[s] inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci,[t] vel ciuitatis.

*Rerum corporalium traditio à domino facta ex causa ad dominij translationem idonea, accipientem dominum facit.*

a Pertinet. Quantum ad plenam proprietatem, nisi etiam & in partu sit usufructus legatus. ut ff. de vsufruc. l. uetus.

b Absurdum. Sic ff. de usuris. l. in pecudum.

c In fructu. s. vt ipse sit fructus, sed tñ in eo relinquitur vsusfructus.

d Rerū natura. Id est Deus. sic ï. de iu. natu. in prin. vñ dē apud Ouidium. Pronaq; cū spectēt animantia cætera terrā. Os homini sublime dedit, cęlūq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Sic ff. de ædil. edic. l. iustissime. & ff. de fur. l. quas. §. ex furtiuis. & ff. de peti. hær. l. ancillarum.

e Gregis. Grex est numerus decē ouiū vel quinq; porcorū simul, & ꝯgregatim consistentiū. ut ff. de abigeis. l. oues & facit ff. de vsuc. l. rerū mistura. § tertium.

f Ex fętu. Aliunde enim nō submittit, secūdū quosdā, uel fortè submittet et aliūde ar. ff. de vsufru. l. qd ergo. §. sed quod dicitur. in fin. ADDITIO. Hæc gl. communiter approbatur, ut non solum ex fœtu aliarū suppleat capita, sed & opus habeat aliū de quærere, & supplere. Christoph. & Ang.

g Submittere. Quæ submissio non fit, si in singul. capitibus sit usufructus. ut ff. eo. de usufru. l. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fine.

h Thesauros. Est autem thesaurus, pecunia ab ignotis dñis uetustiori tpe abscondita. ut C. de thesauris. l. 1. lib. 10. in prin. uel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat. ut ff. de acq. rer. dom. l. nunquā. §. thesauros. quandoque impropriè dicitur. ut ff. de acqui. pos. l. peregrè in prin. & ff. ad exhi. l. thesauros.

i Loco. Aliàs solo.

k Suo. Iure directo. uel utili, ut feudatarius, uel emphyteuticarius, uel similes, ▲ licet Placen. aliud dixerit in his. Quid si mercenarius ⁊ dum laborat in alieno, uel creditor in pignore inuenit thesaurū? Respon. dimidiū eius est, in cuius fundo inuenitur: & dimidium sibi acquirunt. ut ff. de acq. re. dom. l. si is qui. §. quod si creditor.

l Religioso. Vt ff. de iure fisci. l. 1. §. si in locis. cōtra. Sol. hic corrigit secundum B. uel hic secundum naturalem rationem, ut patet in littera: ibi, secundum ciuilem rationem, quæ præualet: sicut & in usucapione contingit, secundum Ioan.

m Fortuito casu. Casus est inopinatus rei euētus ex diuersis causis proueniēs, ob aliud & aliud inceptis.

n Non data ad hoc opera. Aliàs totum dño redditur. in suo tamen loco potest operam dare nō tamen magica arte, aliàs esset fisci, vt C. de thesau. l. vnica. lib. x. Accur.

o Dño. Sed per quam actionem? R. per rei vendicationem, cum dominus sit, vel ex condi. ex hac lege. ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ non cedit emptori. sed remanet reconditoris. Ang. An āt sufficiat solus oculorū aspectus, vel etiam requiratur apprehēsio, & quis præferatur, vide per Christophorum hic.

p In Cæsaris loco, Scilicet patrimoniali.

q Fiscali loco. Non tamē publicè deputato. Accur.

r Vel publico. Id est, publicè deputato.

s Ciuitatis. Quæ loco priuatorū sūt, vt ff. de verb. significa. l. eum qui vectigal.

t Fisci. Sed si fisci partem suppresserit totum cū altero tanto reddit, ut ff. de iure fisci. l. 1. §. fi.

Per traditionem. CASVS. Dñe, iam vidi multos modos per quos acquiritur dñium de iure gentium, nunquid p̄ter istos modos pōt acquiri? Respond. q sic. Per traditionem. s. à domino factā. iure gentium, qđ naturali ratione introductum est, dominium nobis acquiritur. Nihil enim tam conueniens est æquitati naturali, quam uoluntatem domini uolentis rei suæ dominium in alium transferre, ratam haberi, & ideo cuiuscūq; generis sit res corporalis. videlicet siue mobilis, siue immobilis, tradi potest: pōt: & à dño tradita alienatur. Et ideo stipendiaria, & tributaria prædia per traditionem eodem mō alienari possunt. Sed dñe, quæ dicuntur pręcdia stipendiaria, & tributaria? Respon. Iustinia. Stipendiaria, & tributaria prædia dicūtur, quæ in prouincijs sunt. Sed licet in Italia non sint talia prædia, (cum inter prædia prouincialia, & Italica quantum ad dominij translationem ex nostra constitutione nulla sit diff:) tamen si Italica prædia ex causa donationis, vel dotis, vel qualibet alia iusta causa ad dñij trāslationem sufficiente, à domino alij tradantur, sine dubio transferuntur, sicut prouincialia prædia, quæ eodem modo tradita fuissent. Sed licet dixerim tibi per traditionem transferri, hoc tamen non generaliter est verum: nam venditæ res, & emptori traditæ à dño, non aliter acquiruntur emptori, quam si emptor venditori pretium soluerit, vel alio modo eidē satisfecerit, puta dando ei fideiussorem, aut ēt pignus, & hoc cauet etiam lex duodecim tabularum. Rectè tamen dicitur de iure gentium hoc effici. Verumtamē si venditor neq; pretio sibi numerato, neq; fide-

r Itē decē homines cōstituunt populū, uel turbam, tres collegiū, duo congregationē, & rixam. ut c. 3. extra. de electi. secūdum Christ. Et decem homines faciunt turbam. ff. ui bo ca. l. prætor. §. 1. & numerus charitum incipit cō uiuium, musarum uerò numerus finit ipsū. i nō debēt esse in cō uiuio pauciores tribus, nec plures 9. ut scribit Gelli. in noc. Atti. & Macro. Ægl. Per.

2 Quid si concurrāt unus con trahentiū, uel ambo ꝰ tertium quid iuris, sic qd in usufructuario, uel si reperiat in fundo ꝓscripto, seu dotali, uide p Ang. hic.

3 Qui ad hoc fodiēdum non fuit cōductus, aliàs secus. ut l. qui pro prio. §. ꝓcurator, et in cęteris. ff. de procurat. Ang.

4 Hoc est falsum, ut l. is q̄ f

alieno. §. fi. ff. de acquir. rer. do. Ang.

† Halus rei meminit Spartianus in Adriano.

† Et si partē ad fiscū pertinētē suppresserit, totum cum altero tāto cogitur soluere. l. 3. §. fi. ff. de iure fisc. Ægi Per. Quędam excep. hīr ī loco publico, uel fisci, uel ciuitatis.

fideiussore, vel pignore sibi dato, fidē emptoris secutus, ei rem tradiderit: dicendū est statim rem emptoris fieri. Sed pone, procurator Titij de voluntate dñi vendidit mihi equū Titij: & pretio numerato equū mihi tradidit: modo quæro, vtrum per traditionem à procuratore factam dominium equi videatur mihi acquisitum? Respond. quòd sic. Nihil enim interest, vtrum ipse dominus rem suam alicui tradat, an alius de voluntate eius: & ideo si alicui libera vniuersorum negotiorum administratio à domino permissa fuerit: & ipse administrator ea huiusmodi negotijs aliquam rem vendiderit, & tradiderit: huiusmodi rem per traditionem accipientia facit. Et hæc dicūtur vsque ad illum. § interdum. Francis. de Are.

Per traditionem quoq; [a] iure naturali [b] res nobis adquirunt: [c] nihil [d] n. tā cōueniens est naturali æquitati, quā voluntatem [e] domini volentis rem suā in aliū transferre, ratā, haberi, & ideo cuiuscūq; [f] generis sit corporalis [g] res, tradi pōt, & à dño [h] tradita alienatur. [i] Itaq; stipēdiaria [k] quoq;, & tributaria [l] pdia eodē modo alienant. [m] Vocant aūt stipendiaria, & tributaria pdia, quæ in prouincijs [n] sunt: inter quæ, [o] necnō & Italica pdia ex nostra constitutione [p] nulla est differentia. [q] Sed siquidem [r] ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, [s] sine dubio transferuntur.

*Ita demum traditione rei venditæ emptor dominus efficitur, si aut precium venditori solutum sit, aut fides de precio habita: atque quod per alium facimus, ipsi quoque facere videmur.*

Venditæ [t] verò [u] res [x] & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, q̄ si is venditori precium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore: aut [y] pignore [z] dato. [a] quod quamquā cauet ex lege [b] duodecim tabularum: tamen rectè dicitur, & iure gentium, id est, iure naturali [b] id effici. [†] Sed si is, qui vendidit, [c] fidem emptoris; [d] secutus fuerit: dicendum est, statim rem emptoris fieri. [e] nihil [f] autem interest, vtrum ipse dominus tradat alicui rē suā, an voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit. [g] Qua rōne,

Nihil enim interest ... alius de voluntate eius ... (left margin:) Nihil tam naturale quam eo genere quidque dissolui, quo colligatum est. Ita voluntatē rem suam alienare ... fuerit. — Facit ad hunc. §. gl. ij. in c. ii. extra de pig. Nam & M. Ci. lib. 2. de inuē. gēn. scribit, q̄ vel natura, vel cō suetudine iura fuerūt p̄bata, eadē inde legū metu sanita esse: neque tamen propterea desinunt natura iura esse: & à mero ciui li iure, ac legitimo differunt. — Interea sub ... pro traditione ... à cū ... Italia cēs. ... cōcessā pb. In qua & tradēa, & accipientes cōue niant: pu ta qa am bo cam sciant vel credant subesse. Prædia sti pēdiaria prædia tri butaria.

[a] Per traditionem quoque. Non solum inuentione: vt s. §. proxi.

[b] Iure naturali. Id est gentium: vt infra. §. proxi.

[c] Acquiruntur. Causa præcedente vera, vel putatiua, vt indebitū: aliàs non: vt ff. eodem. l. nunquam. & infra hoc ibi §. Sed si quidem &c.

[d] Nihil. Imò Deo seruire, sed hyperbolicè loquitur. ut ff. de pact. l. j. prima, in princip. & ff. de actio. emptio. l. ex empto in princip. & C. de transac. l. non minorem.

[e] Voluntatem. Dum tamen sit legitima. nam cui bonis interdictum est, non alienat: vt ff. de acq. tu. fur. l. j. in principio.

[f] Cuiuscunque. Id est siue mobilis, siue soli.

[g] Corporalis. Incorporales. n. tradi non possunt: vt ff. de acquir. rerum domi. l. seruus §. incorporales.

[h] A domino. Hoc quandoque fallit, & eius contrium inuenitur verum: vt j. qui alie. licet, vel nō. Sed hoc est regulare: vt hic. & ff. eo. l. traditio.

[i] Alienatur, id est dominium transfertur. Accur.

[k] Stipendiaria. Scilicet quæ militibus pro stipēdijs dantur: vt ff. de rei ven. l. item si verberatū. §. 2. & de euic. l. Lucius. & de acquir. rer. do. l. in agris.

[l] Tributaria. Quæ tributa Romæ reddunt.

[m] Alienatur. Per traditionem.

ADDITIO. Quæ quot modis fieri intelligatur, vide Ang. Et an per verbum tradidit, positum in testamento probetur, vide Bald. & Christoph. hic.

[n] In prouincijs. Quasi dicat, talia prædia non sunt in Italia. Accursius.

[o] Inter quæ. Scilicet prouincialia.

[p] Constitutione. Vt C. de vsuca. transf. l. vnica.

[q] Nulla est dña. Scilicet quantum ad dñij translationē: vt C de vsucap. transfor. l. vnica. sed quantum ad tributa est differentia. C. de episc. & cler. l. de his.

[r] Sed si quidem. Vere nulla est dña: & sed & si &c.

[s] Tradantur. Scilicet stipendiaria prædia, & tributaria. Accursius.

[t] Transferuntur. Scilicet prouincialia prædia, sicut Italica, & est verum in omnibus nisi scriptura necessaria sit secundū Io. vt C. de sussra. l. vnica §. quod si prædia. Item sunt vera, si accipiēs inducatur in vacuam possessionē, secundum quosdā, vt C. de probatio. l. cum res luenn. contra. vt ff. de fun. dot. l. si fundum. & de acquir. rerum dom. l. homo liber. §. quicquid. sufficit, enim induci in possessionem, licet non vacuam. Quod autem in dicta. l. de probati. dicitur, demonstratiuè quòd sic euenerit, non causatiuè, dicitur.

[u] Verò. Pro sed. Accursius.

[x] Res, quæ loco pignoris à venditore teneri possunt, vt ff. de act. empt. l. Iulianus §. offerri.

[y] Pignore. Quod sic intelligo, si placeat venditori aliud quam precium accipere: alias non. vt ff. si certum petatur. l. 2. §. primo.

[z] Dato. Poterit ergo vendicare venditorem, scilicet si nō fuit de precio satisfactum: vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedit mercedem. nisi emptor tunc pretium offerat: vt ff. man. l. diligenter. §. j. in fi. & ff. de precario. l. ea quæ.

[a] Lege duodecim tabularum. Quæ est ius ciuile: vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. non solum gentium.

[b] Iure naturali. Sic dictum, quod naturali ratione inductum fuit, vt s. de iure natura. §. quod vero. & §. sed naturalia.

[c] Vendidit. Et tradidit.

[d] Fidem emptoris. Quid si dedit diem ad soluendum? Respon. non facta solutione vendicat. secundum Ioan. vt de pact. inter empt. & vendi. l. commissoriæ potest tamen contradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactum legis commissoriæ ponere. Item quid si simpliciter tradidit? non videtur sequi fidem, nisi contra probetur, vt quia fortè dicebat emptor præsentem se habere pecuniam: vt arg. ff. de pig. act. l. 2. Et argu. contra ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed si dedi.

[e] Emptoris fieri. Nisi in casibus. vt ff. de iure fisc. l. si procurator. §. fina. & ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. sed si emptor.

[f] Nihil. Quod. n. quis per aliū facit, ipse facere videtur, vt ff. de vi, & vi arma. l. j. § deiecisse. & j. de iniur. §. non solum. & ff. de iniur. l. item apud. §. fecisse.

[g] Permissa sit. Vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

(right margin:) Nā hæ res, ppriè pign° nō sunt quia adhuc cū res fiunt sicut anie traditionē. tō q̄ pignus, & dñiū nequeūt cōcurrere. l. neque pign°. ff. de regu. iur. Ægi. Per. — Ea quo non principaliter, sed approbatiuè transfert dñiū. ingnoria ap probat ip sum pactū mā, vt nō aliter trāsfeat, q̄ si fuerit de p̄cio satisfactum. Christop. — In p̄tiū est veritas: quia tūa vt habere fidē de p̄cio: & trāsfert dñiū ēt si præstatus cēt se nō ↄfidere vl tradecem dies, secū dum An. — Pactū legis cōmissoriæ dī qū aliqua res vēdit ea ↄditione q̄ nisi p̄ciū soluat ad certū diē, erit inempta: vt colligitur ea l. a ff. de le. cōmis. Ægi. Per.

si cui libera [a] vniuersorum negotiorum administratio permissa fuerit à domino, isq; ex his negotijs rem vendiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis.

*Qui rem suam iamdudum alicui ex causa ad dominium minus idaneè traditam, eidem postea iusto titulo concessit, dominium sine noua traditione transtulit.*

Interdũ ẽt sine traditione nuda [b] voluntas dñi sufficit ad rẽ transferendam: veluti si rem, quam tibi aliquis cõmodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit, postea vẽdiderit tibi, aut donauerit, aut dotis noïe dederit. Quãuis.n. ex.ea cã tibi eã non tradiderit: eo tñ ipso, q patitur tuam esse, [c] statim tibi adquirit proprietas, perinde, ac si eo nomine tibi tradita fuisset.

*Per traditionem clauium videtur traditum dominium mercium venditarum. Arc.*

Itẽ si qs [d] merces in horreo depositas [e] vẽdiderit, simulatq; [f] claues [g] horrei tradiderit emptori, transfert ꝓprietatẽ mercium ad emptorẽ.

*Etiam incertæ personæ fortuita à domino facta traditio dominium transfert: ideo missilia in vulgus iactata, & res pro derelicta habitæ, apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur, & quæ non, subijcitur.*

a Libera. Secus in generali procuratore, qui non habet liberam: vt ff. de procu. l. procurator cui, & l. ꝓcurator totorum. sed M. distinxit inter procuratorẽ totorum bonorum. vt ibi & vniuersorum, vt hic. ADDITIO. Dic plenè per Bar. in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procurat. & quando, & quomodo dicatur libera cõcessio, vide per Bart. Ang.

Interdum. CASVS. Dixi suprà quòd nõ solum traditione transfertur dominium: sed etiã quandoque sine traditione nuda voluntas dñi sufficit ad dominiũ rei suæ transferendum: veluti si Titius aliquam rem tibi accommodauit, aut locauit, aut apud te deposuit. nam si præterea eandem rem tibi vendiderit, vel donauerit, aut dotis nomine dederit. quamuis eam rẽ ex causa vẽditionis, aut donationis, vel dotis tibi non tradiderit: eo tñ ipso, q ipse patitur. huiusmodi rem tuam esse, statim per eum dominium eius tibi acquiritur, ac si eo nomine tibi eã tradidisset, & idem contingit in alio casu. Nam si quis vendiderit tibi merces in horreo suo repositas, & claues horrei tibi emptori traditæ sunt: dominium tibi mercium acquisitum intelligitur. Et non solum voluntate transfertur dñium, quando habet voluntatem transferendi in personam certam: sed etiam aliquando volũtas domini sufficit ad dominium rei suæ transferendũ in personã in certam, vt in tali casu. Prætores, vel consules qñ missilia, id est aurũ, vel argentum in vulgus ꝓijciunt, vt in multitudine populi ad huiusmodi missilia concurrente, liberius possint pertransire: licet ignorent, quantum quisque accepturus sit, tamen quia volunt unumquemq; esse dominium eius, quod acceperit, statim accipientem dominũ efficiunt. Et eadem ratione verius esse videtur, si aliquis rem pro derelicto à dño habitam occupauerit: statim ipsum occupantem dominũ fieri. Sed dñe dicatis mihi, quomodo dr quid haberi pro derelicto? Ad hoc respon. Amice, illud pro derelicto habetur, quod dñs ea intentione abiecit, vt illud amplius in numero rerum suarum esse nolit: & ideo statim eum abiecerit, dominus esse desinit. vnde cũ in nullius bonis sit: de iure gentium occupanti conceditur. Sed & alia causa proijciendi res est: vt qñ in tẽpestate maris causa exoneranda nauis eijciunt: & idcirco in huiusmodi reb. eiectis aliud ius statuit. Nã huiusmodi res in tempestate maris eiectæ remanent in dominio eorum, qui eas eiecerũt: quia verum est dominos eas nõ eo animo eiecisse, vt amplius eas nõ haberent: sed quo magis ipsi cum naue exonerata periculum maris euadere possent & ideo si qs huiusmodi res fluctibus expulsas, vel ẽt in ipso mari cõsecutus fuerit animo lucrandi: furtum committit, & actione furti tenetur. Non enim multum videtur distare ab illis rebus, quæ de rheda currente dñis non videntibus cadũt. hoc dicit. vsque ad finem. Franc.

b Nuda. s. à traditione sic. C de pac. l. traditionib⁹. Item in alijs casibus dominium sine traditione daf: qui possunt his leg b⁹ notari ff de acquir. posses. l. j. §. si iusserim. & §. idemq; & l. quod meo §. venditorem. & l. quarundã. Item. C. de acquirẽ. possess. l. minus & C. de donat. l. j. & l. quisquis. [1] Item si volens tibi tradere dominium, nomine tuo me constituam possidere, vel conducam à te: vt ff de acquir. poss. l. qđ meo. & de rei ven. l. quædam mulier.

c Tuam esse. Si res est præsens: vt ff. de rei vend. l. eius. & l. hæc si. Vel hic in vera venditione, ibi in ficta: vt ff. pro empto. l. 2. Item hoc est verum, si precium sit solutum, vel satisfactum: vt s̃. eod. §. venditæ.

d Item si quis. [2] Hic est casus, vbi sine possessione tradita acquiritur dominium, & alios habes notatos ff. de rei vendic. l. si ager. in glos. fina.

e Depositas. Id est, repositas.

f Simulatque. [3] Id est, statim postquam: vt s̃. eod. § feræ. & j. de empt. & vendi. in prin.

g Claues. Aliter de consuetudine Daciæ: in qua cũ aliquis vult legare, vel dare fundum ecclesiæ, sumit parum terræ in panniculo, & ponit super altare, & ita transfert dñium: vt extra, de consue. ca. 2. Est autem casus mirabilis, in quo sine omni traditione, sed sola voluntate transfertur possessio, & dominium ipso iure: vt C. de dona. l. quisquis. vbi retentio vsusfructus in re donata inducit traditionem possessionis & dominij per quandam iuris fictionem. Item si relinquatur ecclesiæ, vel ciuitati hæreditas, vel legatum, uel ei res aliqua donetur, aut uendatur: statim dominium transfertur sine possessionis traditione. C de sacrosan ecclе. l. vt inter diuinum.

h Transfert ꝓprietatem Et possessionem Et qđ dixi de ꝓprietate, uerũ est, si dñs est tradens: aliàs causam præstat usucapiendi, si hæc fiant coram horreo, & hoc pp præsentem [*] ulsionem rei: ut ff. de contrah. emp. l. clauib. & de acq. pos. l. j §. si iusserim. Et sunt hæc in argu. ut si uendam equum, quẽ tradam per frenũ, uel capistrum, ut dñium transeat. Accur.

ADDITIO Sunt multi casus, in quibus res non apprehenditur, & tñ possessio transfertur. Per solum visum: ut ff. de acquir. pos. l. quod meo. §. si uenditorem. Per venditionem rei commodatæ uel depositæ: ut s̃. eo § interdum. Per traditionem clauiũ, ut hic. Per traditionem instrumenti: ut l. j C. de do. Per conductionem de re propria factam, s. qñ quis etiam rẽ suam uult possidere nomine alterius. Vnde versus, Visu, siue rei mutuatæ uenditione, Clauibus, & chartis, mea si cõduco scienter: Quãuis nõ aliter det, possessio transit. Vide tu canonista notata in c. ex literis. in gl. fi. extra, de cõs vide ẽt glo. in uec. unda. §. interdum. s̃. eo. quæ pro materia alleg posuit sufficientes.

[1] Et ita habẽs instrumentum credati uideatur constitutus procurator nide Ias. hic.

[2] Ista gl. nõ est Accursij, imò est additio. Dñiũ sine traditione acq̃ritur.

[3] Ista gl. nõ est Accur. cum seq super verbo claues. sed sunt additiones: idcirco caue ne eas alleges ꝓ ordinarijs.

[*] Dic q uisio nil agit sed traditio clauium, s. præsentia horrei, scđm Por. Aegi. Per.

Possessio sæpe trãsferẽ licet res nõ apprehendatur.

Hoc

Missilia unde dicuntur.

Aliàs quid eorum.

Hoc amplius,[a] interdũ & in incertã[b] personam collata volũtas dñi transfert rei proprietatẽ: vt ecce p̃tores & cósules cũ missilia[c] iactant in vulgus, ignorãt, qđ eorũ quisq; sit accepturus: & tñ quia volũt qđ q̃sq; acceperit eius eẽ, statim eũ dñm efficiunt. Qua rõne verus esse vr̃, si rem pro derelicto à dño habitam occupauerit quis: statim eum dominũ effici. Pro derelicto autẽ habetur, quod dominus ea mente abiecerit. vt id i numero rerũ suarũ esse nolit;[d] ideoque statim dominus eius esse desinit.[e]

*Proiecta in mare tempore tempestatis, vel cadentia de curru alicuius non fiunt occupant. Arc.*

Alia sanè causa[f] est earum, quę in tempestate leuãdæ nauis causa eijciuntur: hæ enim dominorum permanent: quia palam est, eas non eo animo eijci, quod quis eas hẽre nolit, sed quo magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus[g] expulsas, vel etiam in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtum[h] committit. Nec longè[i] videtur discedere ab ijs, quæ de rheda[k] currente non intelligentibus[l] dominis cadunt.

[a] Hoc amplius. Scilicet est hic, quam supra in alio casu: quia supra semper in personam certam: hic in incertam.

[b] Incertam. Arg. contra j. de leg. § intor. Accur.

[c] Missilia. Sic dicta: quia in populum mittuntur, sine proijciuntur, vt illuc currente multitudine possint p̃tores, uel consules pertransire: ut in coronatione domini Papæ uidi: ut ff. pro der. l. si id quod §. id quod. & in auth. de consulib. coll. 4. §. spargere autem. ibi, argumentum uero &c.

[d] Nolit. Verè, uel legia interpretatione: ut in authen. de nup. § & multo potiua. coll. 3. & C. de infan. ex po. l. fin. & C. de la. li. tol. l. j. §. sed scimus.

[e] Definit. Si abiecit, uel habere desijt rem immobilem: alioqui possessionẽ perdere potest, non dominium: ut ff. de acquiren. posses. l. si quis ui. §. differẽtia. & ff. p̃ derelic. l. 1. & 2.

ADDITIO. Aut stat in possessione, & habet animũ habẽdi pro derelicto, & non perdit dominium: ut dicta. l. si quis ui. §. differantia ff. de acq. posses. Autexiuit de possessione. & tum etiam perdit dominium, & habetur pro derelicto. & ita tenet gl. secunda secundum unam opinionẽ in d. §. differentia. quã ibi sequitur Bar. & doctores. Ang.

[f] Alia sane causa. Aliàs alia causa, scilicet proijciendi: & ideo aliud ius statuitur. Vide c. excommunicationem. de rap. extra.

[g] Fluctibus. Idest, vndis.

[h] Furtum. ff. de furt. l. falsus. § si iactum, contra. Solu. distingue animum proijcientis: quod patet, ut si librum, apertum proijciam, secundum Ioan. ut ex hac lege, & illa colligitur: & argu. ff de dam. infec. l. si finita. §. si quia meus. Item quid d. stat hoc furtum ab illo titulo. ff. de incen. rui. nau. Respond. hoc locum habet quando non in ipso naufragio aliquid quis furatur, ibi in ipso naufragio: ff. de incen. rui. nauf. l. prima, in fine. & l. a. & ff. pro derelict. l. 1. 2. & 3. Accur.

[i] Nec longè. Nam in aliquo distat, quia hoc sciente, illud ignorante domino fit: vt ff. de acquir. poss. l. interdum. § j.

[k] De rheda. Id est, de curru ducto ab equis.

[l] Non intelligentibus. Id est, non uidentibus.

DE REBVS CORPORALIBVS & incorporalibus.

*Quia visum est de secunda diuisione rerum s. quòd quædã sunt publica, & q̃dam sunt nullius, & q̃dã singulorũ &c. sequebatur de tertia diuisione videre, q̃ ita se habet, & rerũ q̃dã corporales, q̃dã incorporales. de qua diuisione tractaturus intitulauit istũ titulũ, de rebus corporalibus, et in corporalibus. Porcius.* Cõtinuatio.

## TITVLVS II.

## DE REBVS † CORPORALIBUS & incorporalibus.

*Corporalia tangi possunt de sui natura: incorporalia vero non licet in eis contineantur corporalia siue sint seruitutes reales, siue personales. Arc.*

Quædã præterea[m] res corporales sunt,[n] quædam incorporales.[o] Corporales eæ sunt, quæ sui natura[p] tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.[q] Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ

Quædã. Totus iste titulus diuidit in quinq; partes. Primo ponit unam diuisionem rerum. Secũdo definit res coporales, & per exempla monstrat. Tertio definit res in corporales, & etiam per exẽpla demonstrat Quarto respondet cuidam tacitæ quæstioni. Quinto prædicta extendit. Secũda ibi, Corporales sunt. Tertia. ibi, incorporales. Quarta ibi, Nec ad rẽ. Quinta ibi, Eodem nume ro. Pone casum per teipsum: quia litera satis plana est. Diuisio.

†De his, & qđ ueniat appellatione rei plenè Mãd. in Glo. Facul. §. actã. in nez. rebus.

[m] Pręterea. Id est, præter prædictã diuisionem, supra tit. 1. in princi. est alia: quia quędã communes quędã publicę, quædam vniuersitatis, quædã nullius, quędã singulorum. hic q̃dã corporales, q̃dã incorporales: ut hic subijcit.

*Abundans, sui natura. Rerũ diuisiones quot sũt.

[n] Corporales sunt. Sic ff. de rerum diuisio. l. prima. §. quædam.

[o] Quædam incorporales. Quid de hac diuisione nos iurisconsulti agemus? Respon. quia multa in corporalibus locum habẽt, quæ non obseruantur in incorporalibus. Incorporalia enim non traduntur, nec usucapiuntur regulariter: vt ff. de acqui. rerum domi. l. seruus, §. incorporales. & de usucap. l. usucapionem. non uendicatur: ut ff. de rei. uendic. l. uendicatio. ac non transferuntur penitus: ut ff. pro socio l. 1. 2. & 3. non possidentur: ut ff. de acquiren. poss. l. 3. in princip.

r Scilicet p̃ se, sed cũ rebus corporalibus sicdũ modo cõcorrat scientia aduersarij licet in alijs p̃scriptionibus non requiratur: ut l. si. C. de præscri. lon. tem. sm Ang. hic.

ADDITIO. Et de ista dictione in quid importet, uide Christophorum hic ad notata in uersicu incorporales.

[p] Sui natura. Nam secus, si propter difficultatem, ut res in profundo maris, uel cœlo affixa.

[q] Innumerabiles. Id est, non habiles ad numerandum. Ioannes.

a Quæ in iure consistunt. Id est sub hoc prædicabili ius iungitur: in quarum definitionibus ponitur hæc dictio ius in prædicato qualis sunt omnia iura, scilicet in corporalia: ut ff de rer. di. l. j. §. quædam.
b Hæreditas: Vt ff. de uerb. sign. l. nihil.
c Vsusfructus. Infra de usufr. in prin.
d Obligationes Infra de obli. in prin.
e Quoquo modo. Id est siue ex contractu, uel quasi ex maleficio, vel quasi: ut j. de oblig. §. fi.
f Nec ad rem. Respondet tacitæ obiectioni. quasi dicat quomodo hæreditas est incorporalis cum in ea sint res corporales.
g Ex fundo. In quo vsumfructum habemus.
h Plerumque. Propter seruitutes, quæ per actionẽ. vel obligationem debentur j. de actin. §. a. & propter actionũ cessionem. vt ff man l. procuratorem §. fi. & ff de rei vend. l. si hominem. aliàs Iulia. §. vsque adeo. Accur.
i Nam. Pro sed, aliàs tamẽ, & melius.
k Ipsum ius hæreditatis. l. ipsa hæreditas, & sic intransitiuè hæc tria legũt.
l Fruendi. Scilicet vsusfructus.
m Ipsum ius obligationis. Id est, obligatio ipsa.
n Eodem numero. Id est, incorporalis.
o Iura. Id est, seruitutes.
p Vocantur. De quibus j titu proxi. dicitur statim. Mequibusdã quæritur, licet ad nos non pertineãt: vt de aere famo, & de flatu animalis? Respon. secundum Philosophos esse corporalia, Itẽ quid de Angelis bonis, & malis. & anima hominis? Respon hæc incorporalis esse.

† Si ecõtentũ nõ neq sequitur naturam cõtinentis: hinc est, quod si solus fund[a] sit in peculio, non sequitur eo venditeo, quod & ipsum peculiũ venditeẽ. Ægi. Per.
† Obseruãdũ hoc loco admonet Fran. Balduin[9], res hæreditariss, esse in hẽditate sed nõ eẽ ipsam hẽditatẽ. Hinc qui vendidit hẽditatẽ non pstat euictionẽ rei. alien ius hẽditatis l rj. ff. de hær. vel actio. vend.
Fumus, & aer corporalia sũt.

in iure cõsistũt [a] sicut hẽreditas, [b] ususfr. [c] usus, & obligationes [d] quoquo mõ [e] cõtractæ. Nec ad rẽ [f] pertinet, quod in hæreditate res. Nã & fructus, q ex fundo [g] percipiuntur, corporales sunt: & id qd ex aliqua obligatione nobis debetur plerũq; [h] corporale est: ueluti fundus, hõ, pecunia. nã [i] ipsum ius hæreditatis, [k] & ipsum ius utẽdi, fruendi, [l] & ipsum ius obligationis [m] incorporale est. Eodem numero [n] sunt iura [o] prædiorũ urbanorũ & rusticorum, quæ etiam seruitutes uocantur. [p]

## TITVLVS III.

## DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM RVSTICORŨ, & VRBANORŨ.

*Animaduerte seruitutum quasdã a re, rei deberi, (quas reales appellamus) quasdam vero a re personæ: de priorib. hoc titulo traditur: de reliquis, proximioribus titulis disceitetur.*

*Est autem seruitus realis (vt Bart. lib. viij. ff rum. tit. de serui. in l. 1. definit) ius prædijs inhærens, ipsius vtilitatẽ respiciens, & alterius libertatem diminuens.*

*Rusticorum prædiorum seruitutes sunt, quæ rusticis prædijs (id est, gratia fructuum percipiendorum, aut colligendorum factis) debentur: vt via, iter, actus: & id genus similia.*

*Vrbanorum vera prædiorum sunt, quæ vrbanis prædijs (id est, ædificijs) debentur, quarum exempla profusè hic traduntur constituuntur autem seruientes, vt scribitur ad finem huius tituli.*

Rusticorũ [q] prædiorũ iura [r] sunt hæc iter, actus, quia, aquæ ductus. Iter est ius eundi [s] ambulandi [t] hoĩs, [u] nõ etiã iumẽtũ agẽdi, uel uehiculũ. Actus est ius agendi iumentum [x] uel uehiculum: Itaque q hẽt iter actũ non hẽt: [y] sed qui hẽt actum, & iter habet: [z] eoque [a] uti potest etiã sine iumento. Via est ius eũdi, [b] & agendi & ambulandi: nã iter & actum uia in se continet. [c] Aquæductus est

DE SERVITVTIBVS PRÆDIOR.

*Dictum est su. de rebus incorporalibus in genere, sequitur videre in specie & ideo a seruitutibus initium facit, quæ sunt incorporales: vt sup. tit. t. in fi.*

Diuisio

Rusticorum Iste ti. diuiditur in quinque partes. Primo ponit de seruitutibus rusticorum prædiorum. Secundo de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Tertio redit ad seruitutes rusticorum. Quarto ponit quæ appellantur seruitutes prædiorum. Quinto ponit quomodo dictæ seruitutes constituuntur. Secunda ibi in §. P. æ bio.ũ. Tertia ibi, in §. Inter rusticorũ. Quarta ibi. Ideo autem Quinta ibi, in § Si quis velit.

CASVS. Domine, iam video, quod utilis tractare de seruitutibus rusticorum prædiorum. dicatis ergo mihi quid est iter? Ad hoc respon. Amice. iter est &c. prout continetur in litera, & sic pone casum de ceteris seruitutibus vsque ad §. prædiorum urbanorum. Franciscus.

q Rusticorum. Sic & ff eod. l. j.
r Iura. id est, seruitutes. Et no. hic tria genera seruitutum, quædã à persona personæ debentur: de quibus dicit supra de iure personarũ, quædam ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo. [r] quædam à re personæ: vt vsusfructus & vsus, & habitatio: ut infra titulo primo, & secundo pôt & quartum dici, vt à persona rei debeantur: vt ff. de conditionibus, & de monstrationibus l. Titio centum. §. Titio ij & de alimen. & cibar. legat. l. seruos.
s Ius eundi. Solus, vt per hoc discrepet a sequẽti. Accursius.
t Ambulandi. Scilicet, cum alio.
u Iumentum. Scilicet separatum à se, vel armenta separata à se, sed super equum ire potest. vt ff de serui. rusticor. prædiorũ l. qui sella. in principio. & l. iter. Quandoque iter nõ est seruit[us]: vt si vsufructuario detur à domino alterius prædij: vt ff. si seruitus ven. l. ij. §. ij. Tertio grossè dicitur qualibet via, per quam itur.
x Iumentum. Vt subrus, vel ante se & idem si in vehiculum.
y Actum non habet. Per consequentiam.
z Iter habet. Quo ad commodũ, non quo ad seruitutem. sunt enim duæ seruitutes diuersæ vt ff. si serui. vend. l. loci. § j. ff. de alimen. leg. l. j.
a Eoque. Scilicet itinere contento sub actu.
b Eundi. Hæc verba expone: vt supra eodem. §. prima.
c Continet. Sed quæ est differentia secundum hoc inter actum, & viam? Respond. qui habet viam, potest trahere trabem, & lapides, rectè ferre hastam. [?] quæ non permittitur habenti actum. ut ff. de serui rusticorum prædiorum l. qui sella. §. prima. Item certa viæ latitudo est viij. pedum in directum, in angulis 16, nisi maiorẽ, vel minorem placuerit facere constituentibus: [?] quod non est in actu: ut ff. de serui. rusticor. præd. l. viæ: & l. certo. §. latitudo. & l. uia constitui. Acc.

[r] Quæ postea quæ sunt constitutæ transeũt cũ re ipsa ad quemcunque vadat: secus si esset promisse. Et in ipsa rũ constitutiõe, debet tã cõstituens fundi seruientis, quã is cui cõstituit, fundi dominantis in solidũ hẽre dñiũ. Ang.
[a] Hominis abundat.
[z] Dũmõ ciuiliter gerat: & nõ deuastet fructus.
Qd no. pcapitaneo, & cui cõceditur transitus per aliqd territoriũ. Ange. & Ias.
[?] Et si expresse in aliquo loco angusto cõcedatur, valet saltem vt actus, sm Ægid. hic.

ª Aquæ ducendæ. Siue inuentæ, siue inueniendæ: vt ff. eo. l. Labeo.

¶ Prædiorum vrbanorum. CASVS. Dñe iam vidi quæ sunt serui. rustic. præd. dicatis mihi si placet, q̃ sunt ser. urb. prædiorum? Ad hoc respond. Amice, seruitutes vrbanorũ prædiorum dicuntur, quæ ipsis ædificijs inhærent. Dicuntur enim seru. vrba. prædiorum, qm̃ omnia ædificia, prædia vrbana appellamus, etiam si in villa posita sint. Non enim locus, sed materia vrbanum prædium efficit. Sed domine, si placet, ponatis mihi exempla de seruit. vrba prædio. Ad hoc respon. Amice, seruitutes vrba. præd. sunt hæ, vt vicinus onera vicini sui in ædibus suis sustineat: videlicet vt liceat vicino tignum de ædibus suis in parietem vicini sui immittere. Item vt vicinus stillicidium vicini sui, vel flumen in cloacam, vel in aream suam recipiat, & etiam inter seruitutes prædiorum vrba. connumeratur hæc seruitus, ne quis ædes suas altius extollat, ne luminibus uicini officiat. Et hæc dicuntur usq; ad § inter rusticorum. Franc.

ius aquæ ducendæ, ª per fundum alienum.

*Seruitutes quæ ædificijs debentur, licet in villa consistunt, dicuntur seruitutes vrbanorum prædiorum.*

Prædiorũ vrbanorũ sunt seruitutes eę, q̃ ædificijs inhęrẽt. ideo vrbanorũ p̃diorũ dictæ: qm̃ ædificia oĩa vrbana p̃dia appellamus, etsi in villa ᵇ ædificata sint: itẽ vrbanorũ p̃diorũ seruitutes sunt, vt vicinus ᶜ onera vicini sustineat: vt in parietẽ ei⁹ liceat uicino tignũ immittere: ut stillicidiũ, ᵈ uel flumẽ recipiat qs in ædes suas, uel in aream, uel in cloacã, uel nõ ᵉ recipiat: † ne altius quis tollat ᶠ ædes suas: † ne luminibus uicini officiat.

† In nonnullis exẽplarib. uetustissimis desũt hæc uerba, uel nõ recipiat.

† Theophil⁹ hoc loco non constituit nouã speciem seruitutis, sed superiori cõiungit hæc uerba, ne luminibus, &c. quasi reddãt rationẽ, & explicent usum seruitutis altius non tollendi. A Iurisc. tñ nostris secernuntur hę species seruitutũ, ut di Fran. Bal. diui. hic.

Machabæ. 7. c.

ᵇ In uilla. Non. n. locus, sed materia facit urbanum prædium, quod dic. ut ff. de uerb. sig. l. urbana prædia.

ᶜ Vicinus. Id est, domus uicini.

ᵈ Stillicidium. Quod stillat: & interdũ directò cadit, interdum non, ꝑ g uentum fortè: sed flumẽ directò cadit: & maximè p dochiam i. canalem: ut de ser. urb. præd. l. seruitutes. § stillicidium. Accur.

ᵉ Non recipiat. Hoc, s. nõ recipere, est ius nõ seruitutis: imò potius libertatis, & hanc negatiuam refer. ad omnia exẽpla ꝓximè dicta. Vel dic: sicut recipere talia, est seruitus: ita eꝫ si desinit recipere, est mihi quondam recipienti seruitus, & onus, sicut in præscribenda seruitute indigebã aliquo facto: sic eꝫ in præscribenda sua libertate indiget facto. s. vt foramina obturet, vel similia faciat, quæ non sunt necessaria in præscriptione libertatis contra rusticam seruitutem: & ideo tantum in affirmatiua lex dicit de eis, scilicet ius eundi, agendi &c. vt ff. de serui. vrba. præd. l. v. & ĩ. co. circa prin.

ADDITIO Dic rationem diuersitatis, q vrbanæ seruitutes sunt nubiliores, & magis interest Reipublicę, q conseruentur, quam rusticæ: & ideo si quædã foramina obturantur, quædam non: in nihilo acquiritur libertas, secundum Ang. hic.

ᶠ Tollat, Vel nõ tollat: quod potest prodesse mihi ad lumina refulgẽda. vnde dicitur in lib. Machabæorum: Refulsit Sol in clypeos aureos: & resplenduerũt montes ab eis: vt ff. eod. de seru. vrb. præd. l. si arborẽ. § interdum. Vel dic q tollat, vt sit seruitus, vt modo in alijs diximus.

¶ Inter rusticorum. CASVS. Dñe, uos dixistis mihi, q̃ sunt seruitutes rustic. præd. & quæ vrba. sed nunquid plures sunt seruitutes rust. præd. Ad hoc rñ. q sic, nam inter seruit. rust. præd. quidam rectè putãt huiusmodi seruitutes connumerari: videlicet ius hauriendi aquã ex fonte vicini, item appulsum pecoris ad aquam: item ius pascendi, item seruitutem calcis coquendæ, vel arenæ fodiendæ. Et hæc dicuntur vsque ad §. ideo autem Franc.

*In seruitutibus rusticorum prædiorum computantur hic descripta.*

Inter rusticorũ prędiorum seruitutes quidã cõputant: rectè putant aquæ haustum, ʰ pecoris ad aquam adpulsum, ius pascendi, calcis coquendæ ⁱ arenæ fodiendæ.

*Omnes supradictæ dicuntur seruitutes prædiorum: quia sine prædijs esse non possunt.*

Ideo aũt hæ seruitutes prædiorum appellantur, quoniam nisi prædijs cõstitui non possunt. Nemo enim seruitutem potest acquirere urbani, uel rustici prędij, nisi qui habet prædium; nec quisquam ᵏ debere, nisi qui prædium habet. †

ᵍ Aquæ haustũ. Scilicet ius hauriendi aquam necessariam agro meo, vel laborantibus in eodem ex fonte vicini.

ADDITIO Dic quatenus est necessarium pro vtilitate fundi mei: vt l. ergo §. Neratius ff. de seruit. rusti. prædio.

ʰ Pecoris. Scilicet constituti ad stercorandum agrum meũ, & sic bibent, uel pascẽtur in suo vicino agro: & sic sunt reales seruitutes. Sed ꝫ. ff de alim. & cib. leg. l. Mela. §. nam & si haustus. in glo. perso nę Rñd. ibi ꝑsonales dicunt: q a cũ persona durant. argu. ff. de ser. rust. p̃d. d. l. pecoris. vel si nõ habeo p̃dium: cui supradicta expediãt, nõ erit seruitus: sed magis aliud ius, scilicet pactionis, yel conuentionis: vt ff. de seruit. l. vt pomum. Accur.

ⁱ Calcis coquendæ. Necessariæ ad domunculam in agro meo conficiendam propter fructus recipiendos. Idem dicas de arena fodienda.

¶ Ideo autẽ. CASVS. Dñe, iam video, q̃ sunt seruitutes tam rusticorũ, quàm vrbanorum prædiorum: sed dicatis m hi, quare hmõi seruitutes dicũtur prædiales? Ad hoc rñ Imperator. Certè amice optima rõne dicuntur p̃diales prædictæ seruitutes. Huiusmodi enim seruitutes sine p̃dijs cõstitui non possunt. Nemo enim seruitutem vrbanorum, vel rusticorũ prædiorũ potest acquirere, vel alij debere, nisi p̃dium habeat. Sed pone. Domine, iam video quare dicuntur huiusmodi seruitutes prædiales, dicatis mihi qualiter constituuntur huiusmodi seruitutes? Ad hoc respond. huiusmodi seruitutes possunt constitui duobus modis. Aut enim constituuntur seruitutes hmõi inter viuos, aut in vltima uoluntate. Si inter viuos aliquis velit seruitutem aliquam de superiorib. vicino suo constituere, hoc pactis, & stipulationib. efficere debet. Si autem in vltima uoluntate, potest etiam testator in testõ suo hæredem institutum damnare, vt altius ædes suas non tollat. &c. prout continetur in litera, hoc dicit vsq; ad finem tit. Fran.

† In ue tu. : æ exẽplaribus desunt hæc, nec q̃squã debere nisi qui p̃diũ habet. & certe ea ut adulterina seiecerunt. Em. Fer. & Franci. Balduin.

ᵏ Nec quisquam. s. ut seruitus sit: obligatio tñ esse potest: vt ff. de euic. l. fundũ. ij. §. j. & ff. fam. ercis. l. hæredes. §. an ea. sti. uer. contra si promissor uiæ &c.

ADDITIO Et no. q debent esse dñi in solidum: alias fundo cõmuni nõ põt per unum ex socijs libertas acquiri, nec seruitus imponi: quamuis sibi p̃indicet, alijs postea etiam singulariter consentientib. põt tamen pręscribere seu petere declarari ipsam deberi. Itẽ pluribus socijs promissam unus ex eis in aliorũ præiudicium remittere potest, secundùm Ang. hic

a Ius. Id est aliquam seruitutem de superioribus.

b Pactionib⁹. i. pactionalib. stipulationibus similis expositio est, ff de acquir. pos. l si rē. in fi. Vel pactionib. i. ɔ̄ctib. alijs, vt vēditione, & donatione, & quod subijcit stipulationib. i. obligationib. verborū tantū.

Edificare licet vsq; ad cœlū.

c Ædes suas. Quib. seruitutib⁹ non impositis cuilibet vsq; ad cœlum liberū est ædificare. vt ff quod vi aut clam l. si §. pe. & de ser. l. fina.

d Ducere. His deficiētib. cuilibet res sua libera est, & poterit aliū prohibere volentem ingredi in suum agrum, vt s̄. de rer. di. §. feræ. & §. plane.

† Dānare. i. obligare: ingt Nebris. in lexico in. ci. in dictione dāno.

Cōtinuatio.

† Et dies huius seruitutis legatę cedit ab adita hǣditate, nō à morte secundum Nicol. Acgl.

Per.

Diuiso.

*Per omnem contractum, & etiam per vltimam voluntatem potest seruitus constitui. Are.*

Si qs velit vicino aliqđ ius [a] constituere, pactionib. [b] atq; stipulationib. id efficere dēt. Pōt ēt testō qs hr̄dē suū dānare, † ne altius tollat ædes suas, [c] ne luminib⁹ ædiū vicini officiat: vel vt patiat eū tignum in parietē suū immittere, stillicidiumve aduersus eum habere, vel vt patiatur eum per fundum ire, † agere, aquamve ex eo ducere. [d]

## DE VSVFRVCTV.

*Visum est supra de seruitutibus realib. sequitur videre de personalibus, ideo sequitur de vsufructu, qui est seruitus personalis: vt l. i ff. de seruitutibus: quia plures sunt species seruitutis, vt no. gl supra tit. i. in princ.*

## TITVLVS IIII.

## DE VSVFRVCTV.

*Vsusfructus seruitus est personalis, a re persone debita: definitur autem hic à Iustiniano, constituiturque tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Item vsusfructus à proprietate separatus est.*

*Qualitas non potest esse sine subiecto, & ad remotionē subiecti sequitur qualitas it remotio, seu accidentis. Ares.*

Vsusfructus [e] est † ius. [f] alienis reb⁹ [g] vtēdi [h] fruendi [i] salua [k] rerū substātia. †. Est āt [l] ius [m] in corpore, quo sublato, [n] & ipsū [o] tolli necesse est. Vsusfructus [p] à ꝓprietate separationē recipit, idq; pluribus modis accidit: vt ecce, si qs vsūfructū alicui legauerit. nā hæres nudam [q] hēt ꝓprietatē, legatarius verò vsumfructū. Et ecōtrà, si fundum legauerit, deducto vsufructu, legatarius nudā habet ꝓprietatem, hæres verò vsumfructū Item alij vsumfru-

e Vsusfructus. Totus iste tit. diuiditur i quattuor partes. Primo ponit definitionem vsusfructus. Secundo qualiter constituatur. Tertiò super quibus rebus. Quarto quomodo finiatur. Secunda ibi, Vsusfructus. Tertia ibi, Constituitur. Quarta ibi, Finitur. CASVS. Accessi ad Iustin. & ita proposui coram eo: Domine, iam video, ꝙ vultis tractare de vsufruct. dicatis quid est vsusfructus? Ad hoc resp. Imperator: Amice, vsusfructus est ius vtendi, fruendi reb. alienis salua rerum substantia. Et ꝙ hæc definitio bona sit, patet tali ratione: vsusfructus est ius, Id est seruitus constituta in corpore: quo corpore sublato & ipsum vsumfructum tolli necesse est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. vsusfructus.

e Vsusfructus Sic. ff. eo. l i. & 2.

f Est. ius. Id est seruitus. & per hoc patet, ꝙ nō loquitur de ipsis fructib. fundi, qui sunt corporales: imò de iure vtendi: vt s̄. de reb. cor. & incor. §. i. Sicq; per hoc verbū. s quia expono ius. i. seruitus, remouet vasallus, superficiarius, & q aliàs vtile dn̄iū habet. Item hoc ius est ēt ꝑsonale: quia cū persona extinguitur: vt j eo. § finitur. Item est forma quędā à proprietate separata: eum apud vnum possit esse proprietas, apud alium vsusfructus: vt ff. de acq pos. l. permisceri. Ius autem quod dominus fundi habet in fructib. percipiendis, est cum causa. i. cum proprietate: vt ff. de ea ce. rei iud. l si eum testamentu § pen.

Vsusfructus formalis. Vsusfructus causalis.

g Alienis rebus Nā sua res nemini seruitutē dēt: vt ff de ser. vrb. pd l. in re cōi. & ff. ti vsusf. pe. l. vti frui. lu prin. Itē qđ subijcit reb⁹, dic. s quibuslibet, nisi vsu consumant, vt j eo. §. ɔstituit. & ff si cer pet. l. j. in fi.

h Vtendi ad differētiā creditoris, qui vti non debet pignore: vt j. de obl. q ex delic. na. §. furtum. Accur.

i Fruendi Ad differentiam nudi vsus: in quo tantū vti, & non frui permittitur: vt j. tit. j. in prin.

k Salua rerū substātia. i ꝑstita cautione, vel satisdatione de saluanda substantia rei, scđm quosdā. & sic dicunt cautionē esse de substātia vsusfructus, arg. ꝓ eis. C. eo. l. j. & ff. de vsufr. leg. l. vxori. Nos j. dicimus. n. ꝙ hæc cautio nō est de substantia vsusfructus. nā sine ea vsusfruct⁹ est. pl⁹ dico: q2 in casib. nullo mō ꝑstat ss. vt leg. vel fideicom. no cau. l. j. §. si ad fiscum. & C. de bo q li. l. fi. & ff. vsufru quemad. ca. l. si vsusfructus. § illud & §. plane. Dic ergo salua rerū substantia. i. ne pereat rerū substantia. q. d. tamdiu durat vsusfruct⁹, quamdiu durat substātia. & hoc statim probatur ibi: est autē &c. & sic verba illa sunt de definitione, sed non cautio.

† Hæc definitio vsusfruct⁹ ponitur in gl sup uerbo utat. in ca. fin. extra. de pigno.

† Quāobrē ut dom⁹ ꝓpcietas salua sit eā sua īpensa reficiet. l. hoc amplius. § ul. l. iter fructuarii. ff. de dā. infe. Hactenus sā ut sartam tectāque hēat; & mudifica refectio tm ad eū pertineat: l. hactenus. ff. de vsufruct.

l Est aūt s. vsusfru.

m Ius. id est seruitus, vel forma corpori inhærens.

n Quo sublato. Id est corpore perempto: vt domo destructa: vel fundo chasmate perempto, vel iumento mortuo, in quo vsusfructus habetur: vt ff. pro socio. l. verum. § pen.

o Ipsum. Scilicet ius vtendi, & fruendi. Accur.

Vsusfructus. CASVS. Dn̄e, iam video quid est vsusfr. dicatis mihi si placet qualiter ɔstituatur vsusfr. Ad hoc rn̄. Amice, vsusfr. recipit separationē à ꝓprietate, & hoc pōt varijs modis contingere. vt ecce si Titius legauit tibi vsūfr. fundi sui. nā in hoc casu hæres institutus nudam habet ꝓprietatem: & tu habebis vsūfr. à ꝓprietate separatū & similr i casu cōuerso, si Titius legauit tibi fundū deducto vsufr. nā in hoc casu tu legatarius habebis nudā ꝓprietatē: & vsusfr penes hr̄dē Titij testatoris remanebit. Itē poterit testātor in suo testū vni vsumfr. legare: alij vsufr. deducto fundū legare pōt. Et hæc dicunt vsq; ad illū uer. Sine testō. Sed pone, Dn̄e, iam uidi qualiter cōstituit usufr. in ultima uoluntate, nūquid alio mō ɔstitui pōt? Rn̄d. sic. Inter uiuos n. usufr. constitui pōt. Vnde si qs uelit ulumfr. alij sine testō ɔstituere, hoc pactionib. & stip. inter uiuos efficere pōt. Hæc dicuntur usq; ad illum uer. Ne tn̄. Sed pone, Dn̄e, iam uidi ꝙ usufru. formalis separat à ꝓprietate, & ꝓprietas nuda remanet: q ergo utilitas erit in ꝓprietate; Ad hoc rn̄. Amice, magna utilitas est I ꝓprietate. Ne. n. I uniuersū inutiles cēnt ꝓprietates, semꝑ usuf. existēte separato, statutū est certis modis usumfr. finiri. Et hæc dicuntur usque ad illum. § constituitur. Fran.

† Quod est uerum respectu rerū quæ usu nō cōsumunt: alias sec⁹ ut j. eod. §. ɔstituitur in fi. quis las. dubitet ꝑ l. hoc senatusc. § j ff. de usufru. ea. re. q usu consu. & ꝑ ꝑspālia huius gl.

p Vsusfructus. Sed oppono: ante separationē nō est usuf. sed nec post separationē recipit separationē. Resp. usufructus. i. qui postea dicitur usufructus.

q Nudam. Sic. C. de muli. quæ se. ꝓpri. l. j. §. filij. sic & C. eo. de ma. l. j. in prin.

Deducto

a Deducto No. deducte. ſi enim vni ſimpliciter fundū alij vſumfruct legauerit, ambo cōcurrunt in vſufructu: vt ff de vſuſfru. accre l. idē Neratius § non ſolum. & de vſufru. earū rerū, quæ vſu. conſu l. ſi tibi. ADDITIO. Quod eſt verum ſecundum Angel. qū vtrūq; legatum erat ſpeciale: ſec' ſi legatū vſusfru. eſſet vniuerſale: puta omnium bonorum: qđ non obliget ad collectas, & ad debita hæreditatis, vide p Aug. j. in §. ſeq.

nis apprehēdēdæ loco proprietatis remanebit, & ſimiliter ſi vſusfru. aliarum rerum, quæ ipſo vſu cōſumūtur legatus fuerit veluti vini, olei, & frumēti: huiuſmodi res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed tamen antequā tradantur legatario, æſtimant: & legatarius ſatiſdat hæredi ſe, cū morietur, aut capite minuet, tātum reſtituturū, quantum huiuſmodi res ope traditionis æſtimatę fuerāt. Ex prædictis igitur manifeſtè patet, qꝫ ſenatus non fecit vſumfr. earum rerū, quæ vſu conſumuntur, (nec enim poterat hoc facere) ſed tamen per huiuſmodi ſatiſdationem hęredi expoſitam quaſi vſumfructum in rebus huiuſmodi vtilitatis cauſa conſtituit. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. finitur. Franc. de Aret.

ctum, alij deducto a eo fundum legare poteſt b Sine teſtamento vero ſi quis velit vſumfruct. alij conſtituere, c pactionibus d & ſtipulationibus id efficere debet Ne tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente e vſufruct. placuit certis modis f extingui vſumfruct. & ad proprietatem reuerti.

*Vſumfructum in quibuſuis rebus conſtitui poſſe explorati iuris ē, ſolis exceptis, q̄ vſu pereūt: quia ſalua nō manet res ſubſtantia: quaſi tamē vſusfructus in eis cōſtituitur: quo caſu vſufructuarius cautionē domino præſtat (quę loco proprietatis ſuccedit), de tanta pecunia, aut rerum conſumptarum iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.*

Cōſtituit aūt vſusfructus nōtm̄ in fundo g & ædibus, verū ēt in ſeruis, & iumētis, & cæteris rebus, exceptis ijs, q̄ ipſo vſu cōſumuntur. Nam hæ res, neque naturali h ratione, neque ciuili i recipiunt vſumfructum: quo in numero ſunt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, k quibus proxima eſt pecunia numerata. † Nanque ipſo vſu aſſidua permutatione l quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis cauſa ſenatus m cenſuit, poſſe etiam earū rerū vſumfructum conſtitui: vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit: ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius ſatiſdet n hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur,

b Legare poteſt. Itē & alijs modis: vt ff. eo. tit. l. Proculus. datur autem cū inducitur in poſſeſſionem fructus eius & proprietarius patitur eum vti frui. vt ff. eo. l. 3. in prin.

c Conſtituere. Inter viuos.

d Pactionibus Expone: vt ſ. tit. j. diximus. §. fi.

e Abſcedente. i. ſeparato exiſtente. Et erit pro quæſtione illa, quòd liber homo non poterit locare operas * ſuas in ꝑpetuū: ne libertas ſit inutilis: qđ ſt. cōceſſit: ar. de cond. & demon. l. Titio. §. Titio. 2. & de liber. ho. ex. l. j. Sed Ioan. contra: cū poſſit per ſubſtitutū ſeruire: vt C. de epi. & cle. l. quiſquis cenſibus. §. fi. in gl. ſubrogato. & l. ad ſimilitudinem. cum hoc non agatur, ut per ſe tantum oporteret: vt C. de caduc. tol. l. vnica § ne autē. & ff. de duob re. l. nemo eſt, vel etiam poſſit intereſſe pręſtare: vt ff. de re iud. l. ſi qui ab alio. § fi. Acc.

f Certis modis. vt j. eo. § finitur.

Conſtitui. CASVS. Domine, iam video quid eſt vſusfructus, & quibus modis conſtituitur vſusfruct' dicatis modo mihi, in quibus rebus vſusfructus conſtitui poteſt? Ad hoc reſpondeo: Amice, conſtitui poteſt uſufruct. non tantummodo in fundo, & ædificijs: ſed etiam in ſeruis, & iumentis, & pecoribus, & omnibus alijs rebus, tam mobilibus, quam immobilibus exceptis videlicet iis, quæ ipſo vſu conſumuntur. Nā in huiuſmodi rebus neque ciuili, neque naturali ratione vſufru. cōſtitui poteſt: veluti in vino, & oleo, frumēto, veſtimentis: quib' ſimilis eſt pecunia numerata nam ſicut prædictę res uſu conſumuntur ita pecunia numerata in ipſo vſu aſſidua permutatione, quodāmodo ſubſtātialiter extinguitur. Sed licet propriè in prædictis rebus uſusfruct. cōſtitui nō poſſit: tamen ſenatus vtilitatis cauſa ſtatuit huiuſmodi rerum, quæ uſu conſumuntur, quaſi uſumfructum poſſe conſtitui: Ita tamen, ut nomine earum rerum hæredi idoneè cautum ſit. unde ſi pecuniæ uſusfructus alicui legat' ſit, ipſa pecunia ita legatoria datur, ut etiam in dominiū ipſius legatarij transferatur: ſed legatarius ſatiſdationem exponit hæredi de tanta pecunia hæredi reſtituenda, cū ipſe legatarius morietur, aut capite minuet. & ita ſecuritas cautio-

g In fundo. etiam ſterili: vt ff eo. l. ſtatutæ §. j.

h Naturali. Quia non poteſt eſſe ſalua ſubſtantia, quod eſſe debet: vt ſ. eod. in prin.

i Ciuili. Quia tranſit in dominiū legatarij: vnde ſibi ſeruire non poteſt: vt ff. ſi vſusfruct. peta. l. vti frui in prin.

k Veſtimenta. ff. eo. l. ſed & ſi quid § & ſi veſtimentorum econtra Sol. ibi loquitur de quibuſdam veſtimentis q̄ perpetuo durabant, hic de temporalibus. ADDITIO Tu dic ſecundum Iac. qꝫ ibi ſit differentia: quia vſusfructuarius quantitatis habet etiam dominium, vt hic, non autem vſufructuarius veſtimentum: ut ibi, ſecundum Angel.

l Permutatione. Nā quę hodie eſt mea, cras erit tua ſic extinguitur quo ad dominiū meū, quod deſinit. ſic. ſ. de rerum diui. §. ſi tamen. Item ſi cum alia miſceatur, a extinguitur: vt ff de ſol. l. ſi alieni.

m Senatus. Cuius nomen non habemus.

n Satiſdet. Sed nūquid hæc ſatiſdatio, vel illa, qua ſatiſdet legatarius, vel vſusfructuarius ſe vſurum arbitrio boni, viri pōt remitti à teſtatore? Rńd. vt ff. vt in poſ le. l. ſi pecuniæ, & de vſusfr l. j. & vt le. no. ca. l. pe. illa aūt ſatiſdatio, q̄ pſtat hęres de legato ſoluendo, bene pōt remitti: vt ff vt l. no. ca. l. licet & l. ſi. Et eſt ratio: quia hæc ſatiſdatio contēplatione hæredis interponitur illa aūt de legato pſtando, gratia teſtatoris, vt ſua voluntas adimpleat: vt C. vt le. no. ca. aliàs vt in poſ leg. Nō eſt ergo mirū ſi illud quod ſua gratia introductū eſt teſtator pōt remittere. aliud aūt ñ: vt C. de pact l. ſi quis in cōſcrib & ff. de pact. l. pactū. & de ope. li. l. cerdonē. & ad l Fal l quod de bonis §. ſi.

ADDITIO Imo æquè de fauore hæredis ac de ſuo diſponere poteſt, ſecundum Chriſtop. per l. vnū ex familia. §. ſi rem. ff. de legat. 2. Et dicit ipſe rationem, quia vno caſu inuitaretur ad delinquendū. In alijs autem non. Ang. Are.

★ Hæc tōlter ꝓbat ſimilis eſt gl. in l. antiquitas. C. eo. ex hoc ſequit̄, qꝫ qs nō poteſt renūciare iuri cedendi, nec ſe obligare ad perpetuū carcerē, ſm Por. Ægi. Per.

a Periculoſo tñ ſuo ēt ſi, fuerit approbatus à iudice pro. ut requiritur. Item debet eſſe talis qui aliàs principaliter ꝓ ſe eſſet idoneus. Itē verū ſi nō fuit electa induſtria pſonæ, & nō poſſit per ſemetipſum ſeruire, aliàs ſecus. Aug.

† Hęc verba recitāt in gl. pe. ibi, item pec. numerata, in c. ſi. extra de pigno.

a Scilicet bona fide aliàs ſec' ſm Aug. Satiſdatio, de legato ſoluēdo pōt remitti à teſtatore, ſed nō de vtendo & fruēdo arbitrio boni uiri. Fauori ꝓprio renūciare licet.

aut capite minuetur. [a] Cæteræ quoq; res ita traduntur legatario, vt eius fiant: sed æstimatis his, satisdatur: [b] vt si moriatur, aut capite minuat, tanta pecunia restituat, quanti hæ fuerint æstimatæ. [c] Ergo senatus non fecit quidē earum rerū vsumfructū, (nec.n. poterat) [d] sed per cautionem [e] quasi vsumfructum constituit.

*Vsusfructus finitur modis hic descriptis. Are.*

Finitur autem vsusfructus morte [f] vsufructuarij, † & duabus capitis [g] diminutionibus, maxima & media, [h] & non vtendo per modum & tēpus: [i] quæ omnia nostra statuit constitutio. [k] Item finitur vsusfructus si domino proprietatis ab vsufructuario cedat: Nā cedēdo [l] extraneo, nihil agitur: Vel ex contrario, si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit: [m] quæ res [n] consolidatio appellatur. Eo amplius constat, si ædes incendio cōsumptæ fuerint, [o] vel etiam terræmotu, vel vitio suo corruerint: extingui vsumfructum, & ne areæ [p] quidem vsumfructum deberi. Cum autem finitus fuerit totus [q] vsufructus: reuertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

TITVLVS V.

DE VSV ET habitatione.

*Hæcquoque seruitus vsus personalis est, id est à re personæ debita: itidem dicito de habitationis seruitute: qd aūt differat vsus ab vsufructu, aperit Iustinianus.*

Iisdē illis modis qb. vsusfruct[9] cōstitui-

---

[a] Morietur, aut capite minuetur. His enim duobus modis tantū amittit usufructus: ut ff. de usufructu ea. re. quę usu consu. l. in stipulatione. & l. quoniam.

[b] Satisdatur. A legatario.

[c] Æstimatæ. s. eo tempore, quando dātur legatario. & c ff. de usuf. ea. re. quæ usu cōsum. l. si tibi vini. Accur.

[d] Poterat. Scilicet cū substantia in his non saluetur, & dominiū mutetur: ut s. dictum est.

[e] Cautionem impropriè. Nam satisdare debet: ut C. de verb. signi. l. sancimus. & ff. de usufr. ea. ret. quæ usu cōs. l. tribus. in fin. quæ cautio loco proprietatis erit apud hæredem.

Finitur. CASVS. Domine, iam uideo quid est ususfruct. & qualiter cōstituitur: & in quibus cōstitui potest. dicatis mō mihi quibus modis finit vsusfruct. Ad hoc resp. Amice, ususfruct. naturali morte usufructuarij finitur, & similiter morte ciuili, uidelicet maxima, & media cap. diminut. vsufructuarij. finitur etiam ususfructus, si usufructuarius nō utatur usufructu per tempus a lege statutum. & hæc omnia statuit nostra constitutio. Et non solum modo prædictis modis finitur vsufructus, sed etiam cessione. Nam si vsufructuarius domino proprietatis cesserit: finitur vsusfructus secus si extraneo cesserit. nam extraneo cedendo nihil agit, & similiter in casu conuerso, si vsufructuarius proprietatem rei in qua habet vsumfruct. acquisierit, finitur vsusfr. & huiusmodi acquisitio proprietaria appellatur consolidatio. Et non solum prædictis modis finitur vsusfr. sed etiā interitu ipsius rei, in qua quia habet vsumfruct. nam si ædes incendio in totum cōsumptę fuerint, vel terræmotu, vel vitio proprio corruerint: constat vsumfr. extingui, nec areæ usumfru. deberi. & hæc dicuntur vsque ad illū versiculum cum autem, in quo pone casum sic Domine, iam video quibus modis finit vsusfr. Dicatis mihi, si placet. quid iuris est, quando totus ususfruct. est finitus? Ad hoc resp. Amice. cum totus vsusfr. finitus fuerit, reuertitur statim ad suam proprietatem: & cōsolidatur cū ea. & qui primo erat dominus nudæ proprietatis, incipit ex eo tempore planā proprietatem. & potestatē in rem habere. hæc dicuntur vsque ad finem titu. Fran de Are.

[f] Morte Scilicet naturali. Sed contra ff. de nonat. l. si vsusfru. Solu. non contradicit, ibi enim antequam essem vsufructuarius, delegaui: unde ex eius persona qui delegaui, finitur. quæ in eius persona incipit, si autē postea delegassem, ex mea persona finiretur. ut ff. de pericu. & commo. rei uen. l. necessario. § fi.

ADDITIO Tu dic quòd formalis ususfru. in formalem transire non potest, sed in causalem sic & econtra. & ideo ibi utendi tātum commoditas ceditur, secundum Ang hic.

[g] Capitis ij. de capitis dimi. § 1. 2 & 3.

[h] Maxima. & media. Quæ mortes ciuiles sunt ut ff. pro soc. l. Lucrum. §. societates, uer. intereunt. non autē minima capitis diminutione: ut insra. de acqui. per arroga. in princip.

[i] Per modum & tēpus Scilicet, ut bonus pr̄familiàs. [2] Vel melius per modum & tempus, id est, per moderatum tempus, scilicet decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes, ut C. de usufru. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat centum annis. ut ff. eodem, l. an usufru. fruc. actio uero competens pro usufructu, non tollitur ipso iure: cum tempus non sit modus tollendæ obligationis: sed per exceptionem dicto tempore tollitur, licet in alijs modis fructū di ipso iure etiam actio tollatur: ut ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet.

[k] Constitutio. C. de vsufru. l. corruptionem.

[l] Cedēdo. j. tit. j. in fi. primi casus cō Sol. hic dicit de iure vtendi, qd cedi nō pōt: tūc ad proprietatē redit, vt hic, & ff de iu. do. l. si usufr. ibi, de ipsa fructuū perceptiōe. [1] ar. ff. de peri. & cō. rei vēd. l. necessario. §. fi.

[m] Acquisierit. Scilicet finitur vsusfructus. Accur.

[n] Quæ res. Id est talis acquisitio.

[o] Cōsumptę fuerint. s. in totū: vt ff. eo. l. si cui insulæ.

[p] Ne areæ. Sic ff. qui. mo. usuf. ami. l. repet. §. pe. ar. cōtra. ff. de pi. act. l. domo. [illegible] Dic, q ibi loquit in pignore: & ideo facilius extinguit vsusfr. q pignus ne proprietas reddatur inutilis: iuxta princ. huius tex. secundum Ias.

[q] Totus No. totus. si. n. pro parte, nō redit ad proprietatem: ut ff. qui. mo. vsusfru. amit. l. excepta. Item si sint duo cōfructuarij. vno perdente, alteri accrescit. vt ff. de vsufru. accres. l j. §. pen.

DE [illegible]

*Supra tractatum est de vna seruitute personali. videlicet, de vsufr. hic sequitur de alijs.*

Iisdē illis. Totus iste ti. in tres partes diuidit. Primo ponit de vsu. Scdo de seruitute habitationis, Tertio facit quoddā præambulum.

---

† Sic etiā clerici cēsentur vsufructuarij rerum beneficiorum suorum, ut in ca. fin. extra. de pigno. & ca. ult. in glo. 2. de peccu. cleri. & eorū morte finit vsusfruct[9]: vt in dictis casibus.

† Theophilus uertit. ...ἰὸν τρόπον ἰκανόν καὶ ὡρισμένῳ χρόνῳ. quasi hic dictū sit per modū conuctū & statutū tempus, Et sic alibi legitur per modū, & tēpus.

[2] Imo tūc finit: sed agit cōtra ac. l. Aql. cautione interposita: ut l. equissimū. §. j. cum duab. seq. ff. de usufruc.

[1] Et intelligat tūc haberi titulo lucratiuo t qd no. p statutis. Itē finitur per mutationem formæ ipsius rei, et in melius, et si fuisset per proprietariū inchoata. l. vsufructuari[9] nouū riuum. ff. de vsufr.

tur,[a] ēt nudus vsus cōstitui solet:[b] ijsdemq; illis modis[c] finit, qb. vsusfruc. definit. Minus[d] āt † iuris est ī vsu, q̄ in vsufructu: nam is, qui fundi nudum hēt vsum, nihil vlterius hēre intelligit quam vt olerib. pomis, floribus fœno,[e] stramentis,[f] & lignis, ad vsum quotidianum[g] vtatur.[h] In eoq; fundo hactenus ei morari licet, vt neque dño fundi molestus sit, neque ijs, per quos opera rustica fiunt, ipedimēto.[i] Nec vlli alij[k] ius, qđ hēt, aut locare, aut uēdere aut gratis cōcedere pōt: cū[l] is qui vsumfructū hēt, possit hæc omnia[m] facere.

*Habens vsum domus potest in ea habitare cū marito, vel vxore, & familia, & hospitē recipere: sed tale ius non potest alteri cedere. Arc.*

Itē is, qui ædiū usum hēt, hactenus ius hēre ītelligitur, vt ipse tm[n] inhabitet: nec hoc ius ad alium trāsferre pōt. † Et uix receptū esse vř, vt hospitē ei recipere liceat: & cum vxore, liberiq; suis, itē libertis, nec nō p̄sonis alijs liberis quibus nō minus, quā seruis vtitur habitandi ius habeat. Et conuenienter si ad mulierem vsus ædium pertineat, cum marito[o] ei habitare liceat.

*Qui habet vsum serui, ipse tantum vti potest: & idem in iumento: sed si pecoris vsum habet solum vtetur ad impinguandum agrum. Arc.*

Item is, ad quem serui vsus pertinet, ipse tantum opera, atque ministerio eius vti potest:[p] ad aliū vero nullo modo ius suū trāsferre ei cōcessum est. Idem. s. iuris est & in iumento.[q] Sed & si pecorum, vel ouiū vsus legat[us] sit, † neq; lacte,[r] neque agnis, neque lana utetur vsuarius: quia ea in fructu[s] sunt. Planè ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

*Angustior est seruitus vsus quam habitationis: nam cui habitatio data est, non tantum in habitandi ius habet, sed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui vero vsus concessus fuit, ipsum solum vti oportet.*

Sed si cui habitatio[t] legata, siue aliquo modo[u] constituta sit: neque vsus[x] uidetur, neque vsusfructus,[y] sed quasi propriū aliqđ ius: quamquam habitationē habētibus, pp rerum vtilitatem

Decisio-

bulū, trāsiens ad alias materias. Secūda ibi, Sed si cui. Tertia ibi, Hæc de seruitutibus. Litera satis plana est vsq; ad illū § Sed si cui. ideo pone casum p teipsum.

a Cōstituit. s. in testō, & inter viuos: vt s. tit. j. § j.

b Solet. Nisi quòd vsus pro parte cōstitui nō pōt: vt ff. eo. l. vsus pars: sed aliud in usufru. ut ff. de usufru. l. vsufructus ab initio. Et ratio est: quia diuidu[us] est, quod non est in alijs seruitutibus, vt ff ad l. Falcid. l. 2. §. si vsusfructus. Non obs. si duobus vsus constituit, q concursu partes fiunt: quia occasione, i. necessitate magis quam ratione cōtingit: vt ff. de riuis l Labeo.

c Modis. Quos supra titu. j. §. finitur. habemos.

d Minus aūt iuris. Sed in calib. equales sunt fructuarius, & vsuarius, vt in vsu. pecuniæ. vt ff. de vsufru. ea re. l. hoc senatus. §. fin. item in fundo de quo tantū fœnū tollitur, quātū soli sibi sufficit: vt ff. e. l. fundi. Item in sylua remota, ex qua vterque ligna vendere poterit. vt ff eo. l. diuus.

e Fœno. Id est, de herba.

f Stramentis. Id est, de melega genus est bladi.

g Quotidianum. Quid si hodie vsus qui mihi sufficit, cōstituatur, & cras ab alio in alio fundo cōstituatur? Res. locus erit electioni, vel gratificationi in toto, vel in parte, arg. j de le. § si generaliter. & ff. de relig. l. fi.

h Vtatur. Nunquid in vino, vel in frumēto, & oleo? Rñ. quidā nullo modo. Alij cōtra, quorū sententia est uerior: ut ff. eo. l. plenum. §. præter. Itē quis colet agrum? Res. Proprietarius, si uult. alias usuarius. ut ff. eo. l. si domus usus, & ff. de usufruct. l. hactenus.

i Impedimēto. Aliàs, i. si alia de causa interueniat dominum, & eius familiā poterit prohibere: ut ff. eo. l. si habitatio § fi.

k Alij. Quasi dicat, nisi proprietario.

l Cum. Id est, quamuis.

m Hæc omnia. s. tit. §. 1. finitur, contra Solu. ot ibi. item ff. loca. l. locare. contra Solu ibi, in prædialibus seruitutibus loquitur: hic in personalibus.

n Vt ipse tantum. ff. eo. l. a § 1. contra Sol. ibi ponitur solū, pro solummodo, ut ff. de uulg. substit. l. qui liberis. in prin.

o Cum marito. Præsenti, & futuro: vt ff. eo. l. ceterū. §. mulieri. & generaliter oēs recipiet quos & masculus dūmō honeste: ut ff e. l. nō solū. & l. nō aliter.

ADDITIO. Et inducit iste tex. vt statuta & sententię, quāuis sint stricti iuris: tamen recipiant interpretationem extensiuam: quā aliàs nō possunt sortiri effectum. quod not secundùm. Ang.

p Vti potest. Non autē locare pōt. si tamen aliquid cōducat faciendum in eo poterit uti opera vsuarij serui. Itē ipsi eidē seruo sua opera poterit locari. l. acqrit, autem ex re, non ex opera vsuario: vt ff eo. l. plenū § si. & l. seq Acc.

q Et in iumēto. Facit ff. eod l plenum. § sed si pecoris. versi. cul. sed si bouem. & §. equitij.

r Neque lacte. Nisi modico: ut ff. e. l. plenū. §. sed si pecoris. Aliàs nullo modo secundum P. Ioan. contra. dicit enim omnibus his ad suum vsum, & suorum posse vti: ut in fundo supra diximus

s In fructu. Sic supra de rer. diui. § in pecudum.

§ Sed si cui. CASUS. Dicit iuuenis: Domine Impera. uidi supra quid sit vsusfructus, & quid sit usus: Nunc uellem scire, quid sit habitatio: an conueniat cum vsufructu, & cum vsu? Et respond. Imperator quòd habitatio non est vsusfructus, neq; usus: sed quoddam ius medium, & proprium. Item qui habet habitationē. non solum ipse potest habitare in domo, cuius habitationem habet sed etiam alij &c. Textus sequens est planus usque ad sequen. tit. Fran.

t Habitatio. Siue dicatur habitatio siue usufructus habitationis. Idem est: ut C. eo. l. cum antiquitas.

u Aliquo modo. Scilicet inter uiuos pactionibus. & stipulationibus. sic supra de seru. §. fina. & de usufru. § primo.

x Neque usus. Quis loest: ut C. eo. l. cum antiquitas sed usuarius non: ut s. eo. in prin.

y Neque usufructus. Quia hæc non finitur, nisi morte: ut ff. eo. l. si habitatio circa prin. sed usufru. multis modis: ut s. de usufr. § finitur.

† Cōcor. cū hoc §. c. si. in gl. sup uerbo front, ex. de pi. ga. ubi ponit tenor huius §. † Cocor. c. q in ecclesiarū. s gl. sup uerbo alienādi, circa prl. extra. de cōstit. Et oiū rerū q usu psumuř. & est rōi qa tūc uidet etiam pprietas legata. l. qm. cum glo. ff. de usufruct. earū rerū q usu cōsu. & §. its que supra tit. proxi. sm Chris. Qđ uerū est quo ad pceptionem fructuū: nō quoad ius alienandi. Stramē tū genus bladi non est. sed stipulæ sunt ac culmi post excussa grana collecti, ut de. Ide aisli. substernicula fiāt. † Quæ sit rō, q usū ædiū habēs eas locare non possit, habitationē habēs possit, pulchre explicat Eguinaro Bar. hic in illū uideto. Vt puta qa fūdus pl[us] fruct[us]

affert quod sit de necessitate usuarij. Sic not. q seruitutes psonales possūt alienari. prediales ū, sm Pos. Et quatr intelligāt uerba si nupserit, uel uidua lit vixerit, itē si nupta erit, nř uidua, ī testō posita: uide Ang. hic. Nec aliteri cōcedere utendū. si tū habeat alcūbouē usuariū, pōt coniūgeř cū boue uicinis ot alternis dieb[us] utař sm Ang. Ægi. Per. l. Nec usque ad lucrum, sed ad usum & idē in cæteris fructibus gl. in d. §. Sed si pecoris licet Io. d Plat. spāle esse dicat I la. c. Ægid. Per. Ista gl. cōiter approbař sm Ang. hic. Modico tū lacte uti pōt oc que. n. iā stricte sūt interpretādæ de suo ctorū uolūtate leg. pecoū. §. sed si pecoris ff e. Ægi. Per. Et iō nō transit ad hę.

[a] Decisione. Vt C. eo. l. cum antiquitas.
[b] Hæc de seru tutibus. Excusat se, quare de hæreditatibus & obligationibus non dicit: cum uideret hæc dicere debere: ut ī de reb. cor. §. 1.
[c] Proponemus. s. ī. de hæred. insti. usque ad tit. ī. de obligat. & exinde usque ad titulum de actio.
[d] Exposuimus Hęc continuatio refertur supra de rerum diuision. §. singu.
[e] Et, pro id est.

DE VSVCApionibus. &c.

*Hic titulus continuatur p Imperatorem ad præcedentia vt visum est supra tit. proxi. in fi. Quia supra dictum est, qualiter res iure gentium nobis acquirantur: nunc sequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirantur. Arc. Et dic de vsucap. s. mobilium: sed præscriptio immobilium: vt patet infra eodē in princip & C. in quibus cau. cess. lōg. tempor. præ. l ij. sed in ff. eod. vsucapio large sumitur per totum titu. & maximè in l quare. Acc.*

secundum Marcelli sententiam nostra decisiōe [a] promulgata, permissus, non solum in ea de gere, sed etiam alij locare. †

*Præmissa epilogatione, facit quoddam præambulum, transiens ad alias materias.*

Hæc de seruitutibus [b] & vsufructu, & vsu, & habitatiōe dixisse sufficiat. De hæreditatib. aūt & obligationib. suis locis pponemus. [c] Exposuimus [d] summatī, quibus modis de iure gentium res acquirunt: modo videamus quibus modis legitimo, & [e] ciuili iuri acquiruntur.

TITVLVS VI.

DE VSVCAPIONIbus, & longi temporis præscriptionibus.

*Qui bona fide rem à non domino emerit, alio vt iusto titulo habuerit, eam, si mobilis sit, annis vtique tribus: si immobilis, decennio inter præsentes [a] & inter absentes vicennio vsucapit.*

IVRE ciuili [f] constitutū fuerat; vt qui [g] bona fide ab eo, qui [h] dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit: vel ex donatione, alia ve [i] quauis iusta causa acceperit: is eam rem, si mobilis erat, anno vbique vno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo [k] vsucaperet: ne rerum † [l] dominia in incerto essent. †

Vre ciuili. Totus iste tit. diuidit in nouem partes. Nā ponit primò, q ad usu. sequit bona fides, & iustus titulus, & spatiū tpis. Secundò, q licet prædicta interueniat: nō tñ pcedit usucapio pp naturā uel uitium rei. Tertiò rediēs ad primā regulā ponit qualr in re aliena mobili possit tradēs habere bonā fidē. Quartò, q in reb' immobilib nō uitio possessis mala fides authoris nō nocet successori. Quintò ponit casū, i quo res furtius pōt usucapi. Sexto, an res fisci possit usucapi. Septimò, qualis debeat eē res uel titul'. Octauo an possess. authoris psit successori. Nonò quāto tpe res aliena alienata à fisco uel donata ab Impatore usucapiat. Secunda ibi, Sed aliqñ. Tertia ibi, Sed tñ Quarta ibi, Qđ aūt. Quīts ibi. Aliqñ. Sexta ibi, Res fisci Septima ibi, Nouissimè Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto Item prima subdiuiditur. Nam primo ponit ius antiquum. Secundò illud corrigit. Secunda ibi, Et cum.

CASVS. Dixit iuuenis legum studiosus dño Imperatori. Cū essem in domo patris mei audiui à quodā uiro antiquo, q quoddā pratū situ ppe urbē in qua natus fui, ptinebat olim ad auum meū: & me in tm instigauit, q cōuenī possessorē dicti prati in iudicio uendicando ipsum pratū, quasi ad me ptineret. Et cū satis diu litigassemus, tandē aduocatus quidā doctissimus in legib' interrogauit aduersariū meū quanto tempore possedisset illud pratūqui respondit: per uiginti annos cū titulo, & bona fide. Postea eius aduocatus opposuit in iudicio contra me præscriptionem: quare absolutus fuit aduersarius meus à iudice, & ego, in expēsis condēnatus fui. Ab illo tēpore citrà semper op' mi fieri iurisperitus: & inter cæteros titulos iuris ciuilis desideraui scire materiam pscriptionum & usucapionum. Deprecor igit maiestatē uestrā quatenus me doceat, qđ sit usucapio, & longi tēporis pscriptio? Cui adolescēti resp Imperator. O dilecte iuuenis, nihil nobis unquam delectabilius fuit, quā iuuenum syncerus amor ad leges perdiscendas. Ideo nihil à te, quod petieris abscōdem', sed omnia ex scrinio pectoris nostri explanabimus tibi. Debes igitur scire q maiores nostri aliter de vsucapionibus, & præscriptionibus sentiebāt quàm nos. Nam si quis aliquam rem bona fide ab eo, quē dominum esse credebat, emisset, aut alio iusto titulo habuisset illam rem, si erat mobilis, usucapiebat uno anno, si immobilis, biēnio. & hoc in Italia tantum: ne rerū dominia in incerto eēnt. Nos uerò usucapionum, & præscriptionū amplissimus, & tempora & loca, & constitutionem fecimus, qua ordinauimus, q usucapiones compleant non minori tempore, quam triennio in rebus mobilibus: præscriptiones uerò rerum immobilium inter pñsentes cōpleantur decem annis, & inter absentes uiginti non tantum in Italia, sed in omnibus locis, uel prouincijs nostro Imperio subiectis iusta causa possessionis pręcedente. Fran.

[f] Iure ciuili Id est, l. xij. tabu. uel Romanorum per excellentiam vt ī de iure na. §. quoties.

[g] Qui bona fide. Quod præsumitur, si à domino credat se emere: ut ff de ꝯh emp. l. qui à quolibet, uel quia putat uendētē habere ius uēdendi: ut ff. de uer. sig. l. bonæ fidei emptor. q bona fides præsumit semper. ut ff. de prob. l. uerius [1] Exigit aūt in uenditione duobus temporibus bona fides s tempore contractus, & tempore traditionis in alijs aūt ꝯtibus tpe traditionis sufficit: nec nocet posterior scīa: secus in pet. hę. ut ff. de pro solu l pe. & pro emp. l. a. & C. de usu. trāsfor. l. unica § cum aūt ibi, hoc tm modo. & ff. de pet. hæred. l. sed & si §. quod ab initio Ac.

[h] Dominus non erat Si enim erat dominus: & accipiēs tūt dominus per traditionem unde nō usucapit ut ff eo. l sequitur. §. lana, & de cap. l. in bello. §. si qs seruum & ī. de rer. di. §. per traditionem.

[i] Alis ve Cum sint multæ causæ iustæ, sine titulis: ut ff. de publi. l. 1 §. sed cur, usque ad l. eum qui.

[k] In Italico solo. Id est, in Italia non ergo etiam in prouinciali, ut C. de usu trāsfor. l. unica circa princi.

[l] Ne rerum dominia. Hæc est ratio, quare usucapio sit inducta. [2] & alia, scilicet ut aliquis sit litium finis. ut ff pro suo. l. fin. Ac.

ADDITIO. Dic quòd istæ rationes hic introductæ processerunt propter bonum publicum: ut dicit text. in l. 1. ff. de usuc. de hoc uide Ang hic.

Et

redes, nisi relicta esset in gradimentū. Et qđ iuris qñ maritus relingt uxorem dominam, masſatiam, & usufructuariā: uide hic doct.

† Nō tñ gratis cōcedere. l. si habitatio. l pri. ff. e. quia legatū habitationis vt legatum alimentorū. ff. de alimen. leg. & iō non pōt gratis ꝯcedere i qa fieret ꝯ mentē instituētis scdm Nicol. Æ. gi. Pet.

Hanc differentiam improbat, hoc loco Eguinar.' bato: quē omnino uideas.

† Hæc est recitatur in c. uigilanti. cū gl. super verbo sognitiē extra, de pscri.

† Originē, rōnē q usucapiōis eleganter, ac copiosè tractat. [1] usuc. Balduinus in præludijs ad hunc titulum.

[2] Dic hoc verum in rebus corporalibus. Itē si habet titulū verū, uel putatiuū, vt p Inn. in c. uigilanti. de pscrip. uel saltē utat iure cōi. c. ī. de pscri lib 6. aliàs secº. Et rō est in corporalibus, qa qlibet res præsumit libera. l. altiº. C. de seruit. & aqua.

[a] Puta qa sine ipsa semp hñs rē aliquo titu. esset incertū, an cēt effectus dominº, uel qa aliàs esset difficile pbare dominiū, Ias.

Et cùm hoc placitũ erat, a putantib. b antiquioribus dñis ſufficere ad inquirendas c res ſuas, pfata tpa: d nobis melior ſnia reſedit, e ne dñi maturius f ſuis reb. defraudenẽ, g neq; certo loco h beneficiũ hoc concludaẽ. Et ideo cõſtitutionẽ i ſup hoc pmulgauimus, qua k cautũ eſt, vt res quidẽ mobiles l p triẽniũ, m immobiles verò p lõgi tpis poſſeſſionem (id eſt n inter præſentes o decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiantur, p Et his modis non ſolũ in Italia, q ſed etiã in omni terra, quæ Imperio noſtro gubernaẽ, dominia rerum, r iuſta s cauſa poſſeſſionis præcedente, adquirantur,

*Homo liber, res ſacra, vel religioſa, & ſeruus fugitiuus, non poſſunt vſucapi. Arc.*

Sed aliquando, etiam ſi maximè quis bona fide rem poſſederit, non tñ illi vſucapio vllo tempore t procedit: veluti ſi quis liberum hominem, vel rem ſacram, u vel religioſam, vel ſeruum fugitiuum x poſſideat.

*Furti, & violentiæ expulſiuæ vitium vſque adeò rei infigitur, vt furtiua res, & vi poſſeſſa, nec longi temporis curriculo, à quantumuis bonæ fidei poſſeſſore vſucapi poſſint: tantum abeſt, vt ab ipſo fure, aut violento occupatore vſucapiantur.*

a Et cum hoc placitũ erat. Id eſt cum iſtud placebat.
b Putantibus. Scilicet Iureconſultis.
c Ad inquirendas. Vel amittendas.
d Præfata tempora. Scilicet anni, vel biennij.
e Reſedit. Scilicet in animo.
f Maturius. Id eſt maturè.
g Defraudenẽ. Quod intra volunt: vt C. de vſufruct. l. corruptionem. & de præſcript. xxx. annorum. l. finali.
h Certo loco. Scilicet, ſolo Italico, vt olim: vt ſ. eod.
i Conſtitutionem. C. de vſucap. transfor. l. j.
k Qua. Scilicet cõſtitutione.
l Res quidem mobiles. Et ſe mouentes: vt ff. de verbo. ſigni. l. mouentium.
m Per triennium. Quæ tempora tam præſcriptionis, quam vſucapionis cõtinua ſunt: vt ff. eo. l. nunquam. §. j. & in vſucapione ſufficit tetigiſſe vltimum diem. In præſcriptione verò quæritur de momento ad momentũ: vt ff. eod. l. in vſucapionib & ff. de act. & obl. g l. in omnibus. Et eſt ratio: quia vſucapio fauorabilis eſt, z præſcriptio verò odioſa: vt C de edic. diui. Adria. tollen l. fi. & ff. de libe. & poſthu. l. enim quidam.
n Id eſt. Quandoq; longum tempus aliter ponitur: ut ff. de damno infe. l. ſi finita § non autem. Itẽ aliud in perſonalibus actionibus: vt C. quib. non ob. longi. temp præſcri. l. neque. & de conſti pecu. l. ij.
o Præſentes. Scilicet in eadem prouincia degẽtes: ſed abſentes, in alia: vt C. de præſcr. lon temp. l. fin.
p Vſucapiantur. Propriè pro mobilibus accipitur: impropriè pro immobilibus quantum ad hunc titulum. tit. ff. de offic. procon. l. ij.
q Non ſolum in Italia. Ex differentia enim locorum &c. vt C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam.
r Dominia rerum. Ex hac littera voluit dicere M. q præſcriptione x. vel xx ann. dominium quæratur, p eo eſt. ff. eo. l. eum qui. in ſi j. tñ. Bul. Q dicit g arg ff. de iureiur. l. ſi duo § j & C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. & eſt ar. pro B ff de pig l j §. cum prædium. & C. de pig l. vſucapio, & quod hic dicit, & his modis, referas ſecundum B. ad vſucapionem tantum, per quam ſecundum omnes dominium quæritur: vt C. de pact. l. traditionibus. vel quod dicit, dominiũ ponitur propriè quantum ad vſucapionem: impropriè verò quantum ad præſcriptionem: hoc eſt pro effectu dñij, id eſt, vt poſſidentes habeamus exceptionem: non poſſidentes habeamus actionem vtilem: vt ff. de acq. re do. l rẽ in bonis. & C de præſcri. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. Et eſt ratio quare vſucapione magis dominiũ quæratur: quia mobilium rerũ vtilis eſt poſſeſſio: vt ff. de acquir. poſ. l. ſi rem.
s Iuſta. Vel quaſi: vt dicemus ſ. eo. §. error.

Sed aliqñ. CASVS. Inſtat iuuenis cupidus ſcientiæ legalis apud dñm Imperatorem. Dñe Imperator, ſupplico quatenus audiatis me patienter. Intellexi à veſtra maieſtate morem antiquorum, ſ. quanto tpe compleri valebant vſucapiones, & pſcri. Item audiui opinionem, & ordinationem veſtrã, qualiter ipa, & loca vſucapionum, & præſcriptionũ ampliaſtis. Sed generaliter locuti eſtis, ſcilicet ſi quis rem &c. Rei autem nomen eſt generale. Vellem igitur edoceri, an vſucapio, & pſcriptio habeant locum in omnib. reb. indifferenter. Nam ſunt quædam res ſacræ, ſunt quædam religioſæ, ſunt liberi homines, ſunt ſerui fugitiui: ſunt quædam res furto ſublatæ: ſunt res vi poſſeſſæ: an ſi quis tales res bona fide poſſideat, poſſit eas vſucapere, ſeu præſcribere? Ad quæ quæſita reſpondet Imperator: Videmus te, egregie adoleſcens, ita eſſe ſubtili ingenio præditum, quòd faciliter te in virum doctum in legib. euaſurum ſperam: quæ res profectò nos ſummopere delectat: & vtinam tales adoleſcentes plures in noſtra Repub. Deus nobis cõtuliſſet. Speramus. n. noſtras prouincias optimè p tales viros gubernãdas fore. Laudãdi n. ſunt, q ſingula perſcrutari volunt, & plenius de ijs edoceri. Quapropter, q̃a in te videmus multũ ineſſe latentis energiæ, plenius te cupim inſtruere, & de qb. vltrò q̃ſiuiſti, rñdem, q licet gñaliter locuti ſim de rebus q̃ poſſunt vſucapi, & pſcribi: excipiuntur tñ ab illa regula nřa liberi homines, res ſacræ, vel religioſæ, ſerui fugitiui, res furtiuæ, res vi poſſeſſæ. Nã licet qs tales res bona fide poſſederit per ipſ prædictum: tñ nõ poterit eas vſucapere, ſeu pſcribere. Lex n. duodecim tabu. quæ eſt lex antiquiſſima, phibuit vſucapionẽ vel pſcriptionẽ talium rerũ. Quærit vltra ſcholaris. Sereniſſime, & clemẽtiſſime Impator quãto pl audio de hac materia tãto magis dubito. An hoc qđ maieſtas veſtra nõc primè dixit debeat intelligi de ipſis furibus, q alienas res furanẽ: an de his, q ipſi vi rapiunt: an de his, qui inuaſerunt poſſeſſiones alienas p vim? Rñ Impator: O iuuenis nõ debetis dicta nřa de talibus furib, vi raptorib, aut violentis hominib intelligere, quia tales alia rõne nõ pñt vſucapere, vel pſcribere: q a ſunt malæ fidei poſſeſſores: ſed intelligenda ſunt de his pſonis, q̃ à talib furib, vi raptorib, aut violentis hominib. tales res acquiſiuerũt, quãuis bona fide à talib. acceperint. Et ideo in reb mobilib. nõ faciliter ẽt bonæ fidei poſſeſſorib. acquiruntur res per vſucap. Nã qui ſciens alienã rẽ vẽdiderit, vel ex alia cauſa tradiderit furtum eiuſdem rei committit.
t Vllo tempore. Etiam quadraginta annorum: vt C. de præſcrip. long. temp. quæ pro lib l fi.
u Rẽ ſacrã, vel religioſam. Niſi deſinãt eſſe ſacræ, vel religioſæ: quod fieri põt vt ff de reli l. cũ loca. Accu.
x Seruũ fugitiuũ. Qui facit furtum ſui ipſius, vt C. de ſer. fugi. l. j. Sed nũquid xxx. ann. fugitiuus vſucapiẽ? Reſpon.

z Et ſic comparatiuum pro poſitiuo, vt cõcordaa. habes per Q Mand. in Gl. Facul. § cõſi derantes, in ver. nobiliora. a.

a Quia ſolo fauore vſucapientis nulla inſpecta negligentia petentis currit: ſm Chri. qđ tñ eſt falſum p iſtum tex. ibi, puta n tib. & l. j. ff. eod. dic ergo rõne q a in reb mobilib vt plurimũ agitur de minori præiudicio ſecundũm Iaſ.

a Quem ſequuntur vltramontani: vt refert Chil. hic, & procedit ſm aliquos qñ præſcribit dño patiente & ſciente: aliàs procedit opin. But. vt refert An. opi. tamẽ glo. eſt cõmunis.

Seruus fugitiuus an xxx. annis vſucapiatur.

Respon. non, cũ possessio retineaẽ: vt ff. de acq. poss. l.j. § per seruũ & l. rem quæ in fin. ergo non currit vsucapio possidenti: vt C. de præscri. xxx. vel xl. ann. l. male. nisi ex tunc qñ ab illo cœperit possideri, vel steterit diu. r quia ex tunc desinit possideri: vt ff. de acquiren. poss. l. 3. §. si seruus. & l. per eum. § per seruum.

Furtiuæ quoque res, & quæ vi [a] possessæ sunt, nec si prædicto longo tpe [b] bona fide possessæ fuerint, vsucapi pñt [c] nã furtiuarũ [d] rerũ lex duodecim tabularũ, & lex Attilia inhibẽt vsucapionẽ: vi possessarum, [e] lex Iulia & Plautia. Quòd aũt dictũ est furtiuarũ, & vi possessarũ rerũ vsucapionẽ p leges phibitã eẽ, nõ eò pertinet, [f] vt ne ipse fur, quive p vim possidet, vsucapere possit: (nã his [g] alia rõne [h] vsucapio nõ cõpetit: quia s. mala fide possidẽt) sed ne vllus [i] alius, quãuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cã acceperit, vsucapiendi ius hẽat. Vñ [k] in rebus mobilibus non facilè pcedit, vt bonæ fidei possessor.b. vsucapio competat. [l] Nã sciens alienã rem vẽdiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eius committit.

*Rem alienam bona fide possessam, vitioque reali carentem, si quis bona fide accipienti, ex causa ad dominium idonea, tradiderit, tunc vsucapio procedit: licet in facto, vel in iure tradens errauerit.*

Sed tamen id aliquando aliter se habet. nam si hæres [m] rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hæreditariam esse, bona fide accipienti [n] vendiderit, aut donauerit, aut dotis [o] nomine dederit: quin is, qui accepit vsucapere possit, dubiũ non est: quippe cum ea res in furti uitium non ceciderit: cùm utique hæres, qui bona fide tanquam suam alienauerit, furtum non committat. Item si is ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credẽs

¶ Sed tamen. CASVS. Dñe Imper. inquit iuuenis, quomodo pñt hæc fieri: & qua via potest procedere vsucapio in rebus mobilibus? Respon. Impera. profectò dilecte iuuenis, ũ esse si vir grãdæuus, & prouectus, inde possemus vobis respõdere, q dominus noster in Euãgelio rñdit Nicodemo: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Verũ tamen quia estis teneræ ætatis: audiemus vos patienter, docebimusque vos quomodo vsucapio potest procedere in rebus mobilibus. Nam si aliqua res alicui commodetur, vel apud aliquem deponatur, vel alicui locata fuerit: & ille cui commodata, vel locata erat, vel apud quem deposita erat, moriatur, & hæres qui eidem succedit, adiuerit hæreditatẽ eius: & inuenerit res illas in hæreditate defuncti, credens eas esse de bonis ipsius mortui, easque res alicui alij vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aut quolibet alio titulo sufficiente ad dominij translationẽ tradiderit: in his casibus non est dubium, quin ille, qui huiusmodi rem bona fide acceperit, eam vsucapere possit: quia in prædictis casibus huiusmodi res mobilis ab hærede bon. fid. & iusto tit. tradita, furti uitio non est affecta. Hæres enim, qui huiusmodi rem tanquam suam bona fide alienauit, furtum non committit, & non solũ in pdictis casibus habet locum usucap. sed ẽt in alio casu. Nam si usufructuarius ancillæ crediderit partũ eius usufr esse, & ideirco partũ ancillæ credens esse suum, alicui bo. fi. ementi uẽdiderit, iste fructuarius furtũ nõ cõmittit. & hoc sm illã regulam gñalem, qua cauet, furtũ sine affectu furandi nõ cõmitti. Et non solum his modis, sed ẽt alijs multis modis pôt accidere, ut quis rem alienam mobilem sine vitio furti in aliũ transferat: & ita efficiat vt à bonæ fi. poss. vsucapi possit. Et hæc dicuntur vsq; ad illum. § quod autem. Franc. de Are.

a Vi. Scilicet expulsiua, non compulsiua: vt C. quod met. cau. l. si vi vel metu. in gl. fin.

b Prædicto longo tempore. Scilicet triennij, vel decem, vel viginti annis: sed xxx. vel xl. ann. possunt: vt C. de præscript. xxx. vel xl. annor. l. omnes. & l. sicut in rem. & de an. na. exceptio. l. j. §. ad hæc. Accur.

ADDITIO. Quod procedit in eo, qui ab ipso emit bona fide. aliàs secus de iure canonico, vt dixi supra.

c Possunt. Nisi purgato vitio: vt j. eod. §. aliquando.

d Nam furtiuarũ. Similis ratio, quia lex vult: vt s. quib. ex ca. manumit. nõ lic. in princ. vnde illud, Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas. Est & alia ratio: quia res vitiosæ sunt: vt j. eod. §. nouissimè.

e Vi possessarum. Scilicet si expulit, & possedit: nec sufficit expulisse: vt ff. eo. l. sequitur. §. si ru vi.

f Non eò pertinet. Scilicet tantum.

g Nã his. Scilicet possessoribus violẽtis, & furibus.

h Alia ratione. Nor. quod præualet generalis ratio speciali. sic ĩ de nup. § affinitatis. & §. socrum argu. contra. ff. de eden. l. quædam.

i Sed nec vllus. C. quod metus cau. l. si vi, vel metu. cõtra. Sol. hic de vi expulsiua: ibi de compulsiua quæ volũtarem, licet coactam habet in se vt ff. quod me. cau. l. mulier. § pen.

k Vnde. Quia in rebus mobilibus alienis fit furtũ contrectando. vt j. de obl. quæ ex del. nasc. § j. & ex eo fit furtiua & sic non vsucapibilis: vt ĩ prox. inde sequitur quod in rebus mobilibus &c.

l Competat. Sed videtur, q culpa authoris non cõmittetur, non sequatur accipientem: vt ff. de diuer. & temp. præ. l. an vitiũ & ff. de doli ma. exce. l. apud Celsum. §. si cum legitima? Rñ. si vitium est rei, comitatur, vt hic: si psonæ comitaẽ in vniuersum succedentẽ: vt C. de acqu. pos. l. vitia. & C. communia de usuc. l. fi. sed si in rem singularem succedat, non comitatur: vt ff. de doli ma. exce. l. apud §. de authoris. & C. de peric. & com. rei ven. l. dolum. nisi qñ utetur accessione temporis eius authoris: & ff. de acq. pos. l. Pomponius §. fi. Sed hodie vitium psonæ nocet singulari successori per auth. malæ fidei.

m Nam si hæres. Sic ff. eo. l. potest, & l. seq.

n Accipienti. An ipse hæres vsucapit titulo pro hærede? Resp. nun: vt ff. de diuer. & tempo. præscr. l. cum hæres. Alij contra si vellet ex sua persona continuare possessionẽ: vt C. de præscr. lon. temp. l. i. quod falsum est. Qñ ergo locum habet vsuca. pro hærede, cũ nec in suis hæredibus locum habeat: vt ff. pro hære. l. 2. § filium. & C. de vsu. pro hære. l. nihil? Respond. quando defunctus retinebat aliquam rem credens suam, sed non vsucapiebat, quia deficiebat titulus, & hæres est extraneus.

o Dotis. Pro filia, vel auia: nam & hic iustus est titulus: vt ff. pro dote. l. i.

Pro libero, & bõa fide. Itẽ si sit parat⁹ subire iudiciũ liberale: sm doc.

Sũt qñ que gña violentia rũ. Expulsiua, cum qs expellit à rei immobili. Ablatiua cũ res mobilis aufertur alicui & hæ duę impediũt usucapi. & pscri. Compulsiua, cũ qs cogit rẽ suã alienare.. Turbatiua, cũ qs turbat in possessione. Inquietatiua, cũ duo ptẽdũt possidere & alter alterũ inquietat: & nulla illarũ impedit usucapionem aut pscriptionem, sm Por. & gl. in l. 2 C. qđ met. cau. Ægi.

Causa rei tõ est, ne, l. male fictũ alienũ potius q dñi negligentia cãndatet sẽ ab alienandi. Eguin. Baro.

Authoris uitiũ an successorẽ comitetur.

Et quæ sint realia, & q psonalia vi...

fin, & sic cõtra successorem agentẽ in iudicio possit opponi de vitio authoris, vt de Ange. hic.

Vsucapio pro hærede quãdo habeat locũ.

a Furtum non committit. Et ita vsucapitur. Sed nõ ne fuit in inte erratum: ut ĩ de rer. diu. §. in peendũ ? ergo vsucapio non procedit: ut ff eod l. nunquã. 2. in ptinc. & l. si fur. § j. Respo hic errauit tradens, ibi accipiens: vt ex illis legibus colligitur. a Vel nõ prodest, vt ibi: sed nõ nocet: vt hic.

a Et est rõ diuersitatis, q̃a I pscribẽte requiritur nedũ bona fid. sed & iustus titu. quem hic error impedit: sed in tradente sufficit bona fides.

b Furtum enim sine affectu Sed probo, q̃ sine affectu furtũ committitur. Nam in interdictum vnde vi incidit sine affectu: quod est simile furto: ergo & furtum fit sine affectu: vt C. vnde vi. l. cum quærebat § j. ibi, & generali & ibi, cum talis &c. Rñ ĩ interdicto est affectus, licet nõ cõtra psonã certã sed hic suũ cẽ credebat.

s Non committit. Sic j. de obl. quæ ex deli. nas. §. placuit.

c Alijs. Vt si iusto errore credã me hæredem, cũ nõ sim: ut ff. eo. l. põt. Itẽ mihi legatũ, cum sit adẽptum: vt j. de act. §. si quis agẽs, sic ff. p leg. l. 4 in fi. & aliàs ubicunque quis putat rem suam.

† Aliàs quo autẽ ad eas res q̃ solo cõtinent ex peditius ita procedit &c pcedit scilicet usucapio, ita enim legit Fran. de Aret. I casu ad hunc. §.

¶ Quod autem. CASVS. Dñe, vos posuistis mihi exẽpla de vsuc. rerũ mobiliũ. sed dicatis mihi, si placet, qñ locũ habet usucapio rerũ immobi. Ad hoc Rñ: q̃ quò ad præscriptionẽ earũ rerũ, q̃ solo continent expeditiua ita pcedit usuc. ut si qs sine ui nactus sit possessionẽ alicuius fundi vacãtis, qđ põt uarijs modis cõtingere. aut uidelicet ppter absentiã, dñi aut propter eius negligẽtiã, aut si dñs fundus sine successore decesserit, licet ipse q̃ occupauit ma. fi. possideat, cũ intelligat se alienum fundũ occupasse: si tñ alij bo. fi. accipienti hmõi fundũ tradiderit: poterit ille cui traditur pscribere: & hoc ideo: quia hmõi fundus nun vr̃ uitio affectus cũ ille qui fundũ acceperit. neq; furtiuũ, neq; ui possessum accepisse intelligatur ex quo iste fundus nõ sit furtiuus, ptet tali rõne: quia rei immobilis furtũ fieri nõ põt. abolita est n. quorũdã ueterũ sententia, q̃ putabant ipsius fundi, uel partis ipsius furtũ posse committi. Patet igitur, q̃ cũ huiusmodi fundus nõ sit furtiu°, nec etiã ui possessus: pscribi possit. Principalibus enim cõstitutionibus pspectũ est, ne aliqui eorũ qui res mobiles bona fide possident, longa & indubitata possessio auferri debeat. h d. usq; de § aliquãdo Frã.

c Quod autem Hucusque ad usu rerum mobilium dictum est nunc procedit ad iura immobilium.

Locus est plen° semiplenus & vacu°.

r Loci uacantis. Locus interdũ dicitur plenus, ut q̃ possidetur. Interdum semiplenus: ut ille in quo aliquis est causa legatorũ, uel rei seruandæ cã: ut ff de acq. pos. l. 3 §. si de act. emp. l. j §. j. Interdũ uacu°: & hoc tribus mod. ut hic: sic ff de acq pos. l. si id qđ Accur.

* Hæc gl. singu. & g pulcra. Æ. si. Per.

g Propter absentiã. Sed hoc uidetur falsum, q̃ propter absentiam amittatur possessio: ut ff. de acq. pos. l. clam §. qui ad nundinas. Sed tamen hoc pp effectum absentiæ dicitur, s. obliuionẽ: ut quia longo tẽpore abfuit, presumitur q̃ pro derelicto habuit, tẽpus enim inducit obliuionẽ: & ita obliuione amittitur dñiũ: vt ff de dam. infec. l si finita § nõ aũt, quod ipsi erit in arbitrio inducijs: ut ff de iu. delib. l. j. § si & l seq dũmodo longũ sit, & obliuionẽ inducat, & animũ retinendi habere desinat: ut ff e. l furtũ. §. j ff de acq. pos. l. quẽadmodum. Ac.

Tempus obliuionẽ inducere, qua cõsequitur, dominij perditio.

h Aut negligentiã. Tantum ut respuat rei possessionẽ, quod facile fit ut ff de acqui poss l. si quis vj. § j. & §. differentia.

i Sine successore. Idem & si eum successore. dũmodo nõ fuerit apprehensa. ut ff de acq pos. l. cum hæredes.

uendiderit, aut donauerit, furtũ non cõmittit. a Furtũ enim sine affectu b furandi non committitur c alijs d quoque modis accidere põt, ut quis siue uitio furti rẽ alienã ad aliquem transferat, & efficiat ut à possessore vsucapiatur.

*Vacuæ possessionis occupator si cuipiam bona fide accipienti ex iusta causa cã tradiderit, vsucapiendi conditionem transfert.*

*Annota, Furtum in rebus soli nequaquam cadere.*

Quod autem † e ad eas res, quæ solo continentur, expedit, ius ita procedit: ut si quis loci uacantis f possessionem propter absentiam, g aut negligentiam h domini, aut quia sine successore i decesserit, sine ui nanciscantur: quamuis ipse mala fide possideat: (quia intelligit se alienum fundũ occupasse) tamen si alij bona fide accipienti tradiderit: poterit ei longa k possessione res adquiri: quia neque furtiuum, neque vi possessum acceperit.

l Abolita m est enim quorundam ueterũ sententia, existimantium etiam fundi, lociue n furtum o fieri. Et eorum utilitati, qui res soli possident, principalibus constitutionib. prospicitur: ne cui longa, & indubitata possessio auferri debeat.

*Furtiua & vi possessa possunt vsucapi vitio purgato.*

Aliquando etiam furtiua, uel ui possessa res usucapi p põt: ueluti si ĩ

k Longa. Scilicet x vel xx annis. Sed hic §. duabus rationibus est hodie correctus. nã præsumitur hodie talis possessio violenta: ut C. unde ui l. cum quærebatur. ergo non habet locum hæc præscriptio: ut ĩ. §. furtiuæ. Item alia ratione: quia bona fides desideratur ab utraque parte, aliàs 30. annorum tantum præscriptio currit: ut in authen. ut spõsa. larg §. rursus. colla 6 Acc.

Dicit. §. esse correctum.

l Acceperit. Verè, non furtiuè.

ADDITIO. Quod uerum intellige. sine debitor surripuit, siue alius, secundum communem opin. licet gl. i ultimo casu uariauerit: ut hic per Christoph.

m Abolita. Id est perempta. Inde abolitio, id est, accusationis peremptio.

Abolitio quid est.

n Loci ve. Id est, partis fundi. sed fundus totus dicitur ut ff de uerb signi. l. locus.

o Furtum. Et est simile. ff eo. l. quare. Sed contra ff. de furtis l. si quis uxori. § si sulphurariæ & l. si certe Solu ibi non loci, sed terræ, quæ eximebatur furtum fiebat. Et quod subijcit, & eorum &c. sic cõstrue: & prospicitur principalibus constitutionibus, ne cui eorum qui possident res soli, longa &c. & tunc nõ est necesse, q̃ in textu sit utilitati. & sunt hæ principales cõstitutiones: ut C. de præscrip. long. temp. per totum. Accur.

a Et hoc facit pro sal uando dicto testis deponentis de filio alicuius qui iã sit mortuus: q̃a subaudit filius Caij quondã &c. Christop. Por. Et de subauditione dictionis quõdam uel olim Man dos. I Gl. Facul. §. fand, in uer. quondam.

¶ Aliqñ. CASVS. Dñe, dixistis mihi supra, quòd res furtiuæ, & ui possessæ usucapi non possunt: nunquid hoc generaliter est uerum, q̃ res semel furtiua, & semel ui possessa nunquã possit vsucapi? Ad hoc rñ. q̃ nõ. Nam res quondã furtiua, vel ui possessa, aliqñ usucapibilis efficitur uelut, si postea reuersa fuerit in domini potestatem. Tũc enim purgato uitio qđ usucap. eius impediebat. bene poterit eius usucap. pcedere. Et hæc dicuntur usq; ad §. res fiscl. Fran. Acc.

p Vsucapi. Duabus rõnibus stare non põt, qđ hic dicitur. Prima; q̃a desijt esse uitiosa: unde nõ erit mirabile qđ vr̃ uelle inducere cõtra id qđ est ĩ. e. §. furtiua? Rñ dic furtiua uel ui possessa. l. quondam. a Secũda q̃a dñs non vsucap. cũ sua sit: nec aliud ab eo accipiẽs, cũ retineat dñiũ: vt ff. e. l. sequitur. §. lana. & §. tunc in po.

dñi a ptātē reuersa b fuerit. tūc.n.vitio rei purgato pcedit ei' vsucapio.

*Res fisci vsucapi non possunt: ante tamen, quam fisco denunciata fuerint, vsucapiūtur. Are.*

Res fisci c nři vsucapi non potest. d Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nōdum nūciatis, e bonæ fidei emptorē traditā f sibi rem ex his bonis g vsucapere posse. h & ita diuus Pius, & diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

*Non aliter res vsucapibilis est, nisi & vitio reali, aut quasi reali careat, & eius non sit cōmercium interdictū.*

Nouissimè i sciendū est, rē talē esse debere, vt in se non habeat vitiū, k vt à bonę fidei emptore, vsucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possidet.

*Opinatia seu credulitas tituli vsucapionem non inducit.*

Error l aūt falsæ cāę vsucapionē nō parit: veluti si qs cū ñ emerit, emisse se existimās possideat vel cū ei donatū ñ fuerit quasi ex donatione possideat.

*Bona fides in vsucapione ab exordio consideranda est, ideo defuncti bona fides vniuersali successoris malā fidē excusat, continuatur. n. defuncti possessio: & ex contrario, mala fides authoris hæredi, vtcunq; bona fides, obest. Item authoris tēpora singulari successori ad vsucapionē complendam accedunt, et continuātur.*

in potestatem. Sed respond. vsucapi potest id est, vsucapibilis est: vt si ab aliquo non domino alienatur non committente furtum eius, vsucapiet emptor.

a Dñi. Vel quasi, vt tutoris, vel creditoris, si alie oã rem debitor obligauit: vt ff. eod. l. sequitur. §. si pupilli & pro soluto. l. si. aliud si suam: ut ff. eo. l. sequitur. §. si rem. Accur.

b Reuersa Vel quasi: vt ff. de furt. l. q̃. uis. & ita quòd non possit ab eo auelli. vt ff. eod. l. sequitur. §. tunc

Res fisci. CASVS. Domine, vos posuistis exēplū de quibusdā rebus, quæ vsucapi non possunt: nūquid sunt plures in quibus nō habet locū vsucap. vel præscri. Respond. q̃ sic Res enim fisci nři vsucapi nō possunt & hoc est verum in reb. fisco acquisitis: sed secus est in acquirendis. nā Pap. scripsit q̃ si bonæ fid. emptor de bonis vacantibus, & nondū fisco denūtiatis aliquam rē emerit: & eandē bo. fi. sibi traditam acceperit: poterit eam rē beneficio vsuc. acquirere Et hoc idem diui Seuerus, & Anto. rescripserunt. Et hæc dicuntur vsque ad illū §. nouissimè sciendū. Fr.

c Fisci. Id est Imperij.

d Non potest. Triennio mobilis, vel x. vel xx. anno. immobilis. Idē in patrimoniali principis: vt C. ne rei domi. vel templo. l. j. Idē in re ciuitatis: vt C. de sacro san. ecc. l. si. Idē ī re ecclesiastica vt C. de sacrosan. eccle. l. fi. Præscribunt tamē dictæ res spatio xl. ann. excepta re mobili ecclesiastica nō sacra, q̃ triēnio vsucapit: vt C. de præscri. xxx. an. l. omnes. & in auth. de eccle. ti. §. pro temporalibus. colla. ix. & in auth. hæc constitutio innouat cōstitutiones. coll. 8. Item exceptis publicis, q̃ sunt vsui publico deputatæ: ut ff. de via pub. l. j. Itē res pupilli nō usucapit̃ ut ff. de acq. re. do. l. bonæ fi. in fi. j. res. ibi nec interest. i Itē res filij à patre alienata, nisi xxx. an. à tēpore quo est sui iuris, vt C. de anna. exce. l. j. in fi. & in auth. de nup. §. si verò expectet, coll. 4. Itē res data præsidi ꝯ legē Iuliam repetundarū: ut ff. ad leg. Iul. rep. l. quod ꝯtra legē. Itē fundus dotalis: ut ff. de fun. do. l. si fundum.

ADDITIO Nisi fuisset inchoata ante, quam esset dotalis: uel haberetur respectus ad prąiudicium alienantis tantum: quia valeret Angelus.

e Nōdum nunciatis. Ab aliquo, cum variæ sint causę quibus ad fiscum denunciatio fieri solet: ut ff. de iure fisci. l. j in princ.

f Traditam. Scilicet ab eo, qui acceperat possessionem horum bonorum.

g Bonis. Scilicet alicuius morientis sine hęde, cui successit fiscus non idem in ciuitate: ut C. de bo. vac. l. r. & l. uacantia. lib. x. Accur.

h Vsucapere posse. Scilicet triennio, uel x. uel xx cū habeat titulum. si aūt titulum non habet, & vult ex tempore dilationis sibi cōputare tpš habet quatuor annos: vt ff de iu. fis. l. j. §. diuus. & de diuer. & temp. pn. l. inter. §. j Sed si ex tempore ex quo cœperāt ad fiscū peruenire, xx. an. habet: vt ff. de iu. fis. l. j. §. præscriptio & hæc vera sunt siue in re singulari, siue in vniuersitate & sic loquit. ff. de pet. hæ. l. et si putauit §. itē si quis à fisco

Nouissimè. CASVS. Domine iam posuistis mihi exemplū, quando habet locū vsuca. vel pscriptio: Sed pro Deo dicatis mihi regulā gñalem per quam possim cognoscere generaliter quando locū habere poterit vsucap. vel pręscrip. Ad hoc rñ. Imp. Amice, scire debes generaliter rē talem esse debere ut in se vitium non habeat, ad hoc vt à bo. fi. emptore, vel ab eo q alia quacunq; ex cā ista possidet vsucapi, vel præscribi possit. Sed domine, iam video q̃ res debeat carere vitio ad hoc quod possit vsucapi: sed nunq̃d sufficit ad vsucap. q̃ possessor errore deceptꝰ credat se iusto tit. possidere rē quā sine titulo possidet. veluti, si per errorē credat se titulo donationis, uel emptionis possidere? R ñ. q̃ nō, error. n. falsę causæ vsuc nō parit: ueluti si quis rem nō emerit, & se eā emisse existimans, quasi titulo possideat emptionis, vel cū res ei donata nō fuerit, quasi ti. donationis se possidere, existimet, nā in his casib. cum in veritate titulus deficiat vsuca. procedere nō poterit. Et hæc dicuntur usque ad illum §. diutina. Fran.

l Nouissimè. Id est, in vltimis, ut breuiter dicā, sic ī. de suspect. tut. § nouissimè.

k Vitium. uel quasi: ut ī. proxi. §. & §. aliquando. Sunt autē uitia, ut quia furtiua, uel ui possessa: ut ī. eo. § furtiuæ. Nunquid precaria possessio est uitiosa? Respon. non. arg. ff commu. diuid. l. communi diuidūdo. § inter prędones Nunquid litigiosa? Resp. nō vt C. de pscrip. long. temp l. j. Nunquid clandestina? m Respond. non dr̃ res clandestina aliqua, lege, sed possessio. Quidam tamen dicunt omnia supradicta esse uitia rerum: ut arg. ff. de acquirend. possess. l. Pomponius §. cum quis.

l Error. De errore facti loquitur, idē magis in errore iuris: ut ff. eo. l. nunquam. 2 in princ. Sed hic error facti quandoque prodest: ut ff pro empt. l. quod uulgo. ★ & ff. pro leg. pro legato. & ff pro soluto. l. 3. & ff pro suo. l. hominem. In quib. casibus dicūt quidam locum habere titulum pro suo & tantū in his, & alijs, qui à lege spacialiter inueniūtur: ut ff. de iu. dot. l. Proculus secundum Azo. Nos idem secundum Ioan. in omnibus, & de his gratia exēpli posuit lex, & titulo emptionis, uel simili usucapiebatur: nō pro suo tantum: ut tamen in emptore iustiorem errorem exigamus ut ff pro empt. l. 2. & l. 3. in prin. Itē quid si non errat, sed scit? Resp. nō potest sibi causam possessionis mutare: 3 vt ff. de acq. pos. l. 3. §. illud, & ff. eo. l. non solum. § quod vulgo.

† Quādo aūt dicat in ptātē domini reuersa. pulchrè explicat Paulus in xisc. l. 4. §. qđ aūt. & §. tunc in ptātē. ff. de usuca.

3 Ipse tñ in re aliena pñat usucapiēdi cōditionē. Et no. q̃ usucapio incepta cū maiore, continuatur ꝯ minorē: sed ex clausola gñali restitui pōt, nisi iōgissimi tpis fuerit, q̃ dormit durante pupillari ętate. Ao.

★ Rem clandestinā nō dicit, sed possessionem. Error duplex est.

★ Ibi est iustissima cā erroris, quæ dat cām usucapiendi secundū Bart. & gl. in d. l. qđ uulgo. Ægi. Per.

3 Et nota q̃ ad hoc ut ex iusta causa qs possit mutare sm gl. in d. l. nemo oportet quod pilmā possessionem penitus à se abdicauerit, sm Ang. hic.

Diuti-

Diutina. CASVS Dñe, pater meus Titius possidebat alienum fundum, quem emerat à non domino, per octo annos continuos inter præsentes: & postea decessit Titius pater meus, & ego ei successi. eundem fundum inter præsentes per biennium continuum. vel ẽt ꝑ triẽniũ sine omni interruptione possedi: & ita tempus præscriptionis à Titio patre meo inchoatum compleui: sed veniẽs postea verus dominus cœpit eundẽ fundum à me vendicare: & ego obieci ei exceptionem præscriptionis: ipse replicauit præscriptionẽ per mortem patris mei esse interruptam. Domine, dicatis mihi si ope huiusmodi replicationis possit exceptionem pręscriptionis elidere, & per cõsequẽs in rei vendicatione obtinere? Respon. ꝙ non. Nam diutina possessio, q̃ prodesse cæperat defuncto: & hęredi succedenti de iure ciuili & etiam bonorum possessori de iure prætorio succedenti continuatur: nec per mortem ipsius defuncti interrumpitur: quamuis ipse hæres, vel bonorum possessor scientiã habeat rei alienæ, & hoc verum, quando defunctus iustum habuit initium: secus est in casu conuerso. Nam si ipse defunctus iustum initium non habuit, possessio eius hæredi, vel bonorum possessori fidem habenti prodesse non potest, quod nostra constitutio non solũ in præscription. bua, sed etiam in vsucap. obseruari constituit: vt videlicet inter defunctũ & eius successorem tempora continuentur. Et hæc non solum locum habent in eo qui succedit in titulo vniuersali: sed etiam qui in titulo singulari succedit. nam inter emptorem, & venditorem tempora debere continuari diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Et hæc dicuntur vsq; ad §. edicto diui Marci. Franciscus de Aret.

† Pro lis, & ꝓ seq. §. Mand. super Regu. de Anna. quæst. 23.

Diutina [a] possessio, q̃ ꝓdesse cœperat defuncto, & hæredi, [b] & bonorũ possessori cõtinuatur. [c] licet ipse sciat [d] ꝑdiũ alienũ eẽ. Quòd si ille initiũ iustũ non habuit: hęredi, & bonorum possessori, licet ignorãti, possessio nõ ꝓdest. Quod nr̃a cõstitutio [e] similiter [f] & ĩ vsucapionib. obseruari cõstituit, vt tpa cõtinuentur. †

*Tempus venditoris coniungitur cum tempore emptoris Aret.*

Inter venditorẽ quoq;, & emptorẽ coniungi tẽpora, [g] diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

[a] Diutina. Scilicet decem annorum inter præsentes, vel viginti inter absentes, vel triennij: vt ff. qui & à qui. l. si cum fidei §. Arist. & ĩ eo. in princ. huius tituli. & C. eo. l. diutina. t Accur.

Aliqñ ꝑ anno. Mand. inter casus Annales, post nu. 9

[b] Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum possessor iure prætorio; vt ĩ. de bo. pos. §. quos autem.

[c] Continuatur. Nisi ipsi hæredi tradita sit possessio: vt ff. eo. l. hæres eius.

[d] Sciat ff de acq. rei. do. l. quæsitum. ij. respon. contra. Sol. ibi hæres sciebat rem esse eius, qui causam à testatore habet: vt legatarij: quod nocebat. hic alterius sciebat: quod non nocet ad vsucapionem.

Præscribit hæres cum mala fide.

[e] Nostra constitutio. vt C de vsucap. transfor. l. 1.

[f] Similiter. Non solum præscriptione.

[g] Tẽpora. s. vt cõtinuentur, sed in hoc differt, quia in titulo singulari vtrumq; s. emptorem, & vẽditorem bonam fidem habere oportet: vt ff. pro empt. l. 2 §. si eam rem. aliàs contra. secus in vniuersali tit. vt hic, Et est ratio. quia si hæres non adiret, hæreditas compleret: vt ff. eod. l. nunquam. §. vacuum. z quia est eadem persona: vt in auth. de iure in à mor. præ. in fi. j. resp. ibi, cum vtique col. v. concor. cum hoc. § ff. pro emp. l. ij. §. emptori. & §. si defunctus, & fit hæc coniunctio ad lucrum & ad damnum: vt ff. quemadmo. ser amit. l. si quis alia § tempus.

Et per Mãdo. in 22. qõ. Regu. de Anna. nu me. 2.

Edicto diui Marci. CASVS Dicit Instinia. quòd edicto diui Marci ita cautum est, ꝙ si aliquis emerit rem alienam à fisco vendente vt suam, & dominus rei rem suam ab emptore intra quinquẽniũ postquam tempus venditionis lapsum fuerit non repetebat: postea emptor per exceptionem quinquennalis præscriptionis dñm rei repellebat. Et hoc obtinebat vsque ad tempus domini Zenonis. Postea autem cõstitutio bonæ memoriæ Zenonis, illis, qui à fisco vendente rem alienam vt suam, aliquid emerint, aut titulo donationis, vel alia quacunq; iusta causa acceperint, bene prospexit. nã in constitutione Zenonis cautum est, vt illi, qui à fisco alienam rem vendente vt suã aliquid accipiũt: statim securi fiãt & existãt victores siue agãt aduersus alios, siue ab alijs cõueniantur. Sed certè dñe vr̃ mihi, ꝙ iniqua sit ꝯstitutio Zenonis, q̃ statuit ita veros dños per alienationẽ à fisco factam statim excludi Ad hoc rñ Amice, non est ita iniqua cõstõ Zenonis sicut tibi vr̃. nã in eadẽ constitutione & dñis rerũ ꝓspectum est. Licet. n. aduersus emptores venire nõ possint, actiones tñ suas, si quas sibi in hypotheca, vł dño rerũ à fisco alienatarũ putauerit cõpetere: ꝑ eandẽ constitutionẽ vsq; ad quadriennium aduersus sacratissimum ærarium poterunt exercere. Sed dñe, iam video qd dñs Zeno statuit in alienationib factis à fisco vendente rem alienã vt suã. Sed ponamus ꝙ Imper. vẽdat aliquã rẽ de patrimonio proprio, qđ habuit ante diadema Imperij quid iuris erit in casu isto? Ad hoc rñ. ꝙ idẽ iuris in casu isto erit qđ statutum fuit in ꝯstõne Zenonis. Nam in ꝯstitutione quã nuper promulgauimus de ijs, qui à nostro priuato patrimonio, vel à patrimonio venerabilis Augustæ aliquid acceperint: statuimus eadẽ per oĩa seruari, q̃ in præfata diuæ memoriæ Zenonis ꝯstitutione continentur. Et hæc dicuntur vsq; ad fi. tit. Franc.

*Alienam rem à fisco quouis titulo idoneo habens, mox tutus est, dominusque fit: ius autem in re, vel ad rem sese habuisse confidẽtes intra quadriennium aduersus fiscum experiri debent.*

Edicto [h] diui Marci cauetur, eũ, q à fisco [i] rẽ alienã emit, [k] si post vẽditionẽ qnquẽniũ ꝑterierit, posse dñm rei exceptiõe repellere. Constitutio [l] autẽ diuæ memoriæ Zenonis bñ ꝓspexit [m] ijs, q à fisco ꝑ vẽditionem, aut donationẽ, vel aliũ titulũ aliquid accipiunt: vt ipsi quidem securi statim [n] fiant, & victores existãt,

[h] Edicto. Id est, præcepto generali. aliàs prætorum dicũtur edicta: vt quod metus caus. & similia: vt ff. quod metus cau. l. si mulier. circa prin. Accurs.

[i] A fisco. Vt à procuratore Imperialium rerum. nam de patrimonialibus dicitur ĩ eo. in fin.

[k] Emit. s. à fisco vẽdẽte vt suã, à quo edicto res minorũ excipiuntur: vt C. si aduer. fis. l. fi. Si aũt vt alienã, vt qs cessatum est ĩ solone tributorũ, tria exiguntur. Et ꝙ sit debitũ & ꝙ sit cessatũ: vt si aduersus fis. l. fi. & C. si ꝑꝑ pu pẽ l. fi. ij. rñ fortè biẽnio: vt ff. loc. & cõdu. l. quæro. § inter. versi quarto Item tertio, ꝙ res subhastetur, l. præconizetur: vt C. si propter pu. pen l. fina.

Fiscus vẽdit rẽ, vel vt suã vel vt alienã.

ADDITIO Et plura alia requisita vide per Angel. hic, & per gl. in l. j. C. de fi. instr. & iur. hast. fis lib. x.

[l] Constitutio. C de quadrienn. præscript. l. omnes.

[m] Bene ꝓspexit. Corrigendo edictum diui Marci.

[n] Statim. ff. de peti. hære. l. etiam in § itẽ si quis, in glo.

gl emerit. §. Sol. ibi, in vniuersitate hic in re singulari loquit. Alij dicunt q hic corrigitur. ¹ Et eodem modo (scilicet primo, non secundo) respon. ad l. Codi. de hære. vel act. ven. l. j. Item ibi erat res fisci.

a Quadriennium. Nisi sit minor, vel Reipublicæ cã absens, vt C. de resti. mil. l. neque.

b Actiones. Sed q ? Respon. condictio ex hac lege. sm Ioann. sed P in rem dabat hic non dño, contra dñm arg C de hære. vel act. ven. l. j contra. Solu. ibi de uniuersitate uẽdita, hic de re singulari.

c Constitutio. C. de quadrien præ. l. bene à Zenone.

d A nostra Id est à priuata nostra substãtia: sed ĩ. de fiscali diair: vt C. de quadrien præscri. l. bene à Zenone. Accur.

¹ Et istã cõiter approbant oẽs: quia illo iure hæc pscriptio erat incognita. Ad l. i. rñd q ibi conueniebatur ex natura rei q cõtinet credita & debita: nõ ex eo q esset aliena: qa ad rẽ ipsam. s. hæreditatem nõ emptor sed fiscus cõuenire tur, Ias.

siue experiant, siue cõueniant. Aduersus aũt sacratissimũ ærarium usq; ad quadriẽniũ ^a liceat ijs intẽdere q p dño, uel hypotheca earũ rerũ, q alienatæ sunt, putauerint sibi quasdã competere actiones. ^b Nostra aũt diuina cõstitutio, ^c quã nup pmulgauimus, et de ijs, qui à nostra, ^d uel uenerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, q in fiscalib. alienationib præfatæ Zenonianæ constitutionis cõtinent,

DE DONAtionibus.

*Iste tit. continuatur per Imperatorẽ. Dictum est suprà de quibusdam modis acquirendi s. de acquisitione quæ fit per vsucapionem & præscriptionem. Nunc dicendum de alio modo acquirendi qui fit per donationem.*

* Franciscus Balduí. hoc loco refert Apellũ adserere uidisse secaẽplar ueterus harũ institutionũ cõscriptum añ annos quadringentos in quo adhunc modũ distinctus erat hic de donatiõe Titulus, ut prior psrs q tractat de Donationib. cã mortis, subsequatur titulũ de Legatis. altera ps subijcitur tit. Mandati.

## TITVLVS VII.

## DE DONATIOnibus. †

*Donatio causa mortis dicitur, quæ ob mortis imminentis, vel futuræ suspicionem*

Est & aliud. Totus iste tit. diuidit in quinque partes Primo ponit continuationem cum distinctione bimembri. Secundo de donatione cã mort. Tertio de donatione inter uiuos Quarto de donatione propter nuptias. Quinto de una acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi in § Mortis cã Tertia ibi in §. Aliæ autẽ. Quarta ibi in §. Est & aliud. Quinta ibi in §. Erat olim. CASVS Dñe, iam uideo qualiter per usucap. & præscrip. acquiritur dñium rerum de iure ciuili: nunquid sunt plures modi acquirendi dñiom de iure ciuili? Ad hoc resp Iustin q sic. Est n. alius modus ciuilis acquisitionis, uidelicet donatio. unde hic de don uidendum est, & hoc in j. parte. Sed pone in secunda. Domine, iam uideo, q uultis tractare de dona. ponatis mihi aliquam diuisionem donationum? Ad hoc rñd Donationum duo sunt genera. Est enim quædam donatio inter uiuos, & alia causa mortis. Sed dñe, dicatis mihi quid censetur donatio causa mortis? Ad hoc rñ. Amice, dona causa mortis est, quæ fit pter mortis suspicionem: ueluti si quis donat, ut si ipsum mori contigerit, remaneat dona. penes donatarium & huiusmodi mortis causa don trib' modis reuocatur, uidelicet si donator conualuerit, uel cum donationis suæ pœnituerit, aut si donatarius prius decesserit: & huiusmodi mortis causa dona. per omnia fere ad exemplum legatorum redacta est. Nã cum ante tempus nostrũ ueteres iuris prudentes dubitarent, utrum donationem causa mortis oporteret obtinere similitudinem cum legato, an cum donatione simplici inter uiuos: & quidã ant q cã uellent donationi simplici comparare, & quidã legato: nos huiusmodi discordiam antiquorũ sopiendã à nobis constitutũ est, vt huiusmodi dona. causa mor. p oĩa ferè legatis cõnumeretur: & sic omnino procedat quemadmodum nostra constitutio procedere constituit: & vt breuiter de hac donatione expediamus: in summa scire debes, q mortis causa donatio est, cũ aliquis res donat, ut magis velit seipsũ habere, si conualuerit, quam donatariũ: magisq; donatarium si moriatur, quã hẽdẽ suum: sicut Homerus recitat Telemachum his verbis expressis donasse Prizo. Et hac dicuntur usq; ad illum. §. aliæ autem Fisne.

*sit, quæ (semota veteri dubitatione) instar legatorum sere per omnia redacta est. Reuscatur autem donatoris conualescentia, & pœnitẽtia, item donatario præmoriente.*

Est & aliud genus adquisitionis ^e donatio. Donationũ ãt duo sũt gña: mortis cã, & nõ mortis ^f cã. Mortis ^g cã donatio est, q pp mortis fit suspicionẽ: cũ qs ita donat, ut si qd humanit' ei cõtigisset, ^h hẽret is, q accepit: sin aũt superuixisset: ^i is, q donauit reciperet: uel si eũ donõnis pœnituisset. ^k aut prior decesserit is, cui donatũ sit. Hę mortis cã donationes ad exemplã lega-

e Adqsitionis. Scilicet de iure ciuili nã per stipulationẽ tãtum contrahebatur, scilicet donatio: quę scilicet stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto: vt C. eo. l. si qs argẽtum. §. fi. ^a & J. de act. §. de pstitura Vel dic eam esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iuris gentiom r ut J. de rerum diui §. per traditionem. Vel dic. sui origo fuit de iure gentium uno modo scilicet per traditionem: sed postea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alios inuentus, s. per stipulationem. Tertio per Iustinianum additus est tertius, puta per nudum pactum Accur.

f Et non mortis Si largè hæc duo mẽbra accipiunt: in tearu nil deest, & pprie ponunt gña. nam multæ species sub quolibet cõtinentur & hoc approbo. Vel accipe stricte p duabus speciebus tantum donationum. s. simplicis inter uiuos, & simplicis causa mortis. adde aliàs donationes, ut legatum, vt J. de lega' in prin. Item donationẽ propter nuptias: ut j eo §. est & aliud. Item & quod est j. eo. §. fina.

g Mortis. Scilicet instantis, uel futuræ: ut ff. eo l 2. 3 4 5 6 si quidem ubiq; ^a mors timenda est, cum eius dies incertus sit: ut ff. eo. de mor. cau. do. l scnatus. §. mortis & de condi. & demon l. t.

h Si quid humanitus ei contigisset. ^a Id est si moriatur: ut ff de uerb. sig. l. in uulgari § fin. & debet hoc exprimi: aliàs non est mortis causa donatio. ut ff eo. de mortis cau. do. l. Seia §. fi. nisi ex coniecturis appareat eum uelle donare causa mortis.

ADDITIO Nota, q ad hoc, ut sit donatio causa mortis, requiritur q fiat mentio mortis. Item not. glo. Bart. Ang. & Raph. & Imol. in d. l Seia. §. fin & glo. & Bart. in l. Seia. ff. de do. præleg & Bal in l. quæ dotis. in fi. t. col. ff. solu. mat. aliàs autem licet aliquis sit in extremis constitutus, si simpliciter donat, nec adijcitur causa mortis, intelligitur donatio inter uiuos. & est tex. singularis in d l. Seia §. fin. quod not. secundum Ang.

i Superuixisse. l. cõualuisset. & ita trib modis reuocatur, ut hic subijcitur, & ff. si cer pet. l. non omnes.

k Pœnituisset. Quia uoluntas est ambulatoria usq; ad mortem:

t Etiam si sit donatio causa mortis s sm cõiter docto. de quo uide Ang in §. in psonã J. de act. & Chri. J. eo. In gl. manifestauerit.

* Hoc uetum enim quid agẽ facinorose, secus ubi uirt' exercet. quis tunc non est timenda mors. Seneca t sic discas quasi nũquã moriturus, sic uiuas, qua si cito moriturus t nil. n. mali in morte est.

Tulli. uiro forti nõ modo non timẽda mors p patria, est, sed appetenda. Ægi. Per. Donatio cã mortis nõ ẽ, nisi exprimat mors.

s Mori mentis quẽ signi ficam', ut annotauit Mãd. in gl. Facult §. sanè, in uer. diẽ claus. sit.

torū [a] redactæ sunt per oia. [b] Nā cū prudētib. ambiguū fuerat, vtrū donationis, [c] an legati instar eā obtinere oporteret, & vtriusq; causa q̄dā habebat [d] insignia, & alij ad aliud genus eā retrahebāt: [e] à nobis constitutū est, vt per oia ferè legatis [f] cōnumeretur: & sic pcedat, queādmodū nostra cōstitutio [g] eā formauit. Et in summa [h] mortis causa donatio est, cū magis se quis velit [i] hēre, [k] quā eū, cui donat: magisq; eum, cui donat, quā hæredē suum. Sic & apud Homerū [l] Telemachus donat Piræo. †

*Τόν καὶ πείραιος πρότερος μῦθον ἔειπεν.*
*Τηλέμαχ' αἲψ' ὄτρυνον ἐμὸν πρὸς δῶμα γυναῖκας.*
*Ὡς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.*
*Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.*
*Πείραι' οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,*
*Εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι*
*Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,*
*Αὐτόν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.*
*Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,*
*Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.*

*Inter viuos donatio est, quæ nulla mortis suspicione fit, sed ex pura liberalitatis fontibus procedit: quæ solo consensu perfecta, temerè non reuocatur: egetq; publica insinuatione, si quingentorum aureorum summam prætergrediatur, in certis tamen casibus etiam citra insinuationem, effectum sortitur.*

Aliæ autem [m] dona-

ad mortē: vt ff. de adi. lega. l. 3. in fi. & quia donatio est ob causam, scilicet si moriar, & sic possum pœnitere: vt ff. eo. de mor. cau. do. l. senatus. §. 1. in fi. & ff. de condi. cau. da. l. 3 §. 1.

a Ad exemplum legatorum. Quantum ad vim & ptātem: q̄a sicut legata morte ɔfirmātur, ita donationes causa mor. vt reuocari non possint.

b Per omnia. Subaudi ferè, vt statim dicet: nam in multis differunt.

c Donationis. Scilicet simplicis, & inter viuos: aliàs non esset huiusmodi distinctio, cum omne legatū sit donatio: vt patet ex definitione eius: vt ff. de leg. 2. l. legatum.

d Habebat. Scilicet donatio causa mortis. nā cū donatione īter viuos hēt īsi gnia: vt liberalitas. cū legato, vt morte cōfirmet, & vt detrahatur Falcidia: C. ad leg. Fal. l. fi.

e Retrahebāt. Subaudi, & alij ad aliud.

f Fere legatis. Dicit ferè, quia in quibusdā discrepat à legatis. ecce. n. si donas ī annos singulos: donatio vna est, sed legata plura: vt ff de don. cau. mort. l. senatus. §. fi. Itē legatum ab hærede semper traditur: vt patet ex definitione legati. j. de leg. in prin. donatio autem vel ab hoc, vel ab alio. Item in donatione obligaī donans, in legato non. Item si testm̄ accuso: perdo legatum, non donationem: si tn̄ accuso vt falsum: ar. ff. de his quib. vt indig. l. post legatum. §. qui mortis. Item aliter substituitur in legatis, secundum quosdam: vt ff. de don. cau. mor. l. ei cui mortis. & de leg. 2. vt hæredib. Item filiusfamiliàs donat: sed non legat: vt ff. eo. de mor. causa do. l. tam is & j. quib. non est permis. fac. testa. in prin. Item in legato tria tpa considerantur, vt sit capax legatarius, vt j de hæredū quali. & dif. §. in extraneis. ‸ In donatione non vt ff. de do. cau. mor. l. in mortis. Itē quia pro legato daī interdictum quorum legatorū, non p donatione. qd̄ dic vt in summa. C. quorū lega. l. 1. & in l. Marcellus. §. Paulus. ff de do. cau. mor. Accur.

ADDITIO. Imò habet locum, quorum legatorum saltem in eo, quod excedit Falcidiam: vel si p donatarium sit occupata, secundùm Io. Fab. & Ang. | cundùm Ang. ibi.

g Constitutio. s. coram quinque testib. scriptura interueniente, vt C. e. l. fi.

h Et in summa. Id est, vt breuiter de hac donatione expediamus: vt ff. e. l. 2.

i Velit. Id est, vellet.

k Habere. s. si superuixerit: vt ff. eo. l. senatus. §. 1.

l Et sic apud Homerū. i. sicut recitat poeta Homerus, q Telamachus dictis verbis expressis donauit.

¶ Aliæ autem. CASVS. Dn̄e, iam vidi exemplum de do. cau. mor. & de eius effectu, ponatis mihi exēplū de donat. inter viuos. Ad hoc rn̄. Amice, sunt q̄dā aliæ donationes, quæ sine aliqua mortis cogitatione fiunt: & hmōi dona. inter viuos appellant: & tales dona. legatis non comparantur. Si enim perfectæ fuerint, temerè reuocari non possunt. Sed dn̄e, dicatis mihi, qn̄ dicunī perfectæ? Ad hoc rn̄. Amice, huiusmodi donatiōes pfectę cēsenī, cū donator voluntatē suæ liberalitatis in scriptis, vel sine scriptis donatarijs manifestauerit, puta p talia verba, dabo vel donabo tibi talem rē. & in nr̄a cōstitutione cautū est huiusmodi donatiōes semel pfectas tradītiōis necessitatē ad exemplū venditionis in se habere: vt sicut venditor rem vēditam numerato sibi ptio tradere cōpellit: ita donatori post emissā liberalitatis vocē authoritate nostrę ɔstitutionis tradēdi necessitas īponaī. Sed antiq pricipes statuerūt donationes simplices summā ducētorū aureorū excedētes, sine insinuatione scripturæ nō valere, nunqd placet vobis, qd̄ illud hodie obseruet? Ad hoc respon. q non. Nam cum constitutiones antiquorum principiū statuerunt huiusmodi donationes simplices excedētes summam ducentorum aureorum actis interuenientib insinuari, nostra constitutio huiusmodi summā vsque ad quingentos solidos ampliauit, & statuit vsque ad quingentos solidos sine omni Insinuatione valere donationes, & per eādem constitutionem quasdam species donationum introduximus, quæ licet quingentos solidos excedāt, tamen nullam insinuationem desiderat: sed in se sine omni insinuatione plenissimam habent authoritatem. & alia insuper multa ad vberiorem exitum donationū inuenimus: quæ omnia & singula ea constitutionib. nostris, quas super hmōi donationib. fecimus, manifestissimè colligi pn̄t. Sed dn̄e, vos dixistis mihi. quòd hmōi donationes simplices semel perfectæ nō possunt reuocari. nunquid est hoc generaliter verum? Respon. q non. Licet enim dixerimus tales donationes non posse reuocari. tamen sciendum est, q & si plenissimæ sunt huiusmodi donationes: si donatarij ingrati extiterint erga donatores: licebit ipsis donatoribus per nostram cōstitutionē certis ex causis eas reuocare. & hoc ideo statuimus, ne donatores, qui beneficiū suæ liberalitatis in alios contulerunt, ab illis iniuriam patiantur: secundum modos in nostra constitutione enumeratos Et hæc vsque ad illum §. est & aliud. Fran.

m Aliæ autem. Nunc prosequitur aliud genus donationis dictum est de donationibus causa mort. nūc de don. simplici, id est, inter viuos. h. d. Acc.

† Hoc vero versus quidā hoc loco addidit ex Homero li. 17. Odissea: neq; n. habentur in vet. exē. quorum hæc est interptatio. Hoc sermone visū Piræus cōmouet vltro: Telemache ad nias famulas age dirige sedes: Vt tibi, q̄ dederat Menelaus dona reportent Ad quem Telemachus sapiēs ita fatier ossus; Piræe, haud eqdē hęc possū dignoscere facī. Nāq; pcisi me spatiosa p atria furti Occidant, rapiātq; sibi patrimonia fortes. His te malo frui domi nis, q̄ quēlibet horum. Quòd si illos fato, merita & mulctane ro morte. Tū mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.

, Hoc intelligas, vt dicit gl. in l. ēt. ff. de inof. test. & pleno p Io. & Imo. in l. si. ff. de donat. caus. mor. An.

, Hoc est falsum se

tiones sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter viuos appellamus, quæ nõ omnino cõparant legatis: quæ si fuerint perfectæ, temerè [a] reuocari non psũt. † Perficiunt aũt, cùm donator suã volũtatẽ [b] scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. [c] Et ad exẽplum vẽditionis [d] nostra constitutio [e] eas ẽt in se habere necessitatẽ traditionis voluit: vt etiã si nõ tradant [f] habeãt plenissimũ, & pfectum robur, & traditionis necessitas [g] incumbat donatori. Et cùm retro principum [h] dispositiões insinuari eas actis interuenientibus volebant, si maiores fuerant ducentorũ solidorũ constitutio [i] nr̃a eã quantitatẽ vsque ad quingentos solidos ampliauit: quam stare ẽt sine insinuatione [k] statuit. Sed quasdã donationes inuenit, [l] * q̃ penitus insinuationẽ fieri minimè [m] desiderant: sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia [n] insuper multa ad vberiorem exitum donationũ inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

*Donatio inter viuos etiam perfecta, ex aliquibus causis reuocari potest. Aret.*

Sciendum est tamen, quòd & si plenissimæ sint donationes: si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem [o] licentiam præstitimus, certis ex causis [p] † eas reuocare: ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos.

a Temerè. Ideo dicit temerè. qnia quandoq; reuocantur: vt j. eo. §. sciendum.

b Voluntatem. Etiam nudo pacto: vt C. de dona. l. si quis argentum. §. fin. Acc.

ADDITIO. Si tamen donetur factum, requiritur stipulatio, & traditio sicut olim. Itẽ præsentia donãtis, & donatarij, vbi fit certæ personæ, secus si incertæ.

c Manifestauerit. Scilicet p verba futuri tẽporis: vt dabo, vel donabo, ad instar stipulationis vt ff. de verborum oblig. l. quinta. §. stipulatio. vel præsentis temporis, vt do, vel dono. cũ nudo pacto fiat, & pactũ etiam fiat per verba præsentis temporis, vt C. eod. de do. l. si quis argentum. §. fina. ff. de pact. l. tale. in prin. & in gl. 2.

d Venditionis. Ex hoc verbo dicebat M. venditorem præcisè teneri ad rem tradẽdam. sic ff. de verb. obliga. l. vbi aũt non apparet. in fi. Ioã. cõtra. s. vt interesse dãdo liberet, ut ff. de act. emp. l. 1. in prin. & similitudo quæ hic fit, est in hoc, ut sicut necessitas imponit venditori ad aliqd, sic & donatori, licet à principio nullus cogebat, ut C. de actio. & obl. l. sicut. Sed nunquid donator de euictione tenetur? Respon. si incipit a traditione, non, ut ff. eo. de don. l. Aristo. in fi. [i] Si à pactione, sic, ut C. de iure do. l. 1. Accur.

ADDITIO. Et est ratio, quia cum donatio sit dominij datio, ille paciscens obligatur expressè ad dandum. l. senatus. §. 1. ff. de do. cau. mort. & ideo non liberatur, nisi transferat dñium, secus autem, ubi sola traditio sine facto interuenit. Ex quo infertur, quòd pro euictione hic agitur primæua actione quasi non dedit, etiam re nondum euicta in totum, uel pro parte. Secus in venditione, ubi pro euictione noua nascitur actio, quasi per traditionem obligatione ablata quod not. pro præscriptione, & libelli formatione secundum omnes hic.

e Constitutio. Vt C. de do. l. si quis argentum, §. fi.

f Etiam si non tradantur. Id est, si tradere nolit donator Accur.

g Necessitas. Per condictionem ex lege, quæ stricti iuris est. ff. e. de do. l. cum qui. & C. eo. l. si quis argentum. §. fi.

h Retro principiũ. l. eorũ, q ante nos fuerunt ex nostra etiam patria. ut C. eo. de do. l. sancimus. in fine.

i Constitutio. Vt C. eo. l. pe. in fine.

k Insinuatione. i. scriptura facta in p̃sentia publicarum personarum. [a] In actis, vbi superfluum est testes adhiberi, cum publica monumenta sufficiãt, ut C. eo. l. data, & l. in donationibus.

l Inuenit. s. nostra cõstitutio, ut si donetur in redemptionem captiuorum, uel à magistro militũ donetur militibus, uel in refectione domus donetur alicui, ut C. eo. l. pen. Idem & si donet Imperator, uel ei donet, ut in auth. de non alie. §. si uerò minus. coll. 2. & in auth. ut nõ fiant pign. §. quia igitur. colla. v. Idẽ in donatione propter nuptias, vt in auth. ut spon. lar. colla. ix in princip. Idem in remissione vsurarũ futuri tẽporis, ut ff. eodẽ. l. Modestinus. Acc.

ADDITIO. Idẽ in donatione facta pro bene meritis l. Aquil. ff. eo. dũmodo appareãt, & eis proportionẽtur, sm doctores.

m Minime deside rant. Licet quingẽtorũ solidorũ summam excedant.

n Alia. Veluti cũ plures donationes diuersis tẽporibus factæ coacerventur, ut C. e. l. sancimus. §. si quis. aũt. Idem ut ij, qui pecuniam recipiunt in redẽptionem captiuorũ, iurẽt se ibi bona fide expendere. Item vt sacramẽto dñi domus quæstio dirimatur, ut C. eo. l. pe. in fi.

o Constitutionem. Vt C. de reuo. do. l. finali.

p Ex causis. Quinq; s. vt si atroces iniurias in eum effundat, uel impias manus inferat, uel graue damnũ in bonis, uel uitæ periculum intulit, uel si legi dictæ in donando nõ paruerit, ut C. de reuo. do. l. fi. Sed donatio liberto facta solo obsequio nõ p̃stito reuocat, aliud i libertate, ut C. de reuo. do. l. 1. & de lib. ca. l. solo. Est & hic arg. pro dño, ut his causis possit reuocare feudũ. sic in auth. ut lib. de cæ. §. illud vero. coll. 6. & ff. de lib. agno. & alen. à paren. & c. l. alimenta.

ADDITIO. Vñ uersus. Quinq; modis pdo mihi q̃ donata fuere. Infero si dãnum grauitẽr donãtis in re. Hinc p me si sit atrox iniuria facta, Si sit persona manuali vulnere tacta. Qñ suæ uitæ, crudeliter insidiabor Ingratus dño, re donata spoliabor. Ingratum factum dic me cum fregero pactum. Ius antẽ reuocãdi donationẽ ex causa ingratitudinis, nõ trãsit ad hæredes, si defunctus facultatem reuocandi habuit.

q Est & aliud. CASVS. Dñe, iam uidi de don. simplici. q appellatur. dona. inter uiuos, nunquid est aliqd aliud genus donationis inter uiuos? Ad hoc rñ. q sic. Est enim quoddam aliud genus donationum. quod ueterib. Iuriscõsultis penitus erat incognitũ: sed postea à iunioribus principibus fuit introductũ: & secun-

Donatio an possit fieri sine stipulatione.

† Vt hic & c. vlti. 1 instit. gl. in fin. extra eo.

Triplex ẽ interesse. Cõuentum, vt p̃ lituũ, quod cõuenit. Cõe, vt quãti res cõiter valeat. Singular qđ vtrumq; aliorũ excedit, sm gl. in l. 1. ff. de acti. emp. Ag. Per.

† Nisi de ipsa ẽt nuda eẽt pmissum. nt l. 2. C. de euic. secundũ Ange & Ias. Itẽ debet intelligi qp p̃cesserit nuẽtio [illegible] ordi ne intellectus, cũ alias ex sola traditione nõ trãsfert [illegible] dñiũ, secundum Ca. hic.

† Puta qualiscũque iudicis etiam extranei, nec hẽt necesse decretũ iter ponere. Et pñthęc oĩa fierẽt ex interuallo, q̃ si nõ interuenerint non annullãt totam donationẽ: sed p parte tñ in qua excedit. Ang. Et an insinuationi possit renunciari, & sine ea donationẽ validari: & an simplici remissiõe ipsa insinuatio, Item in accessiõe debitoris citatio requirat, uide An. & Ias. hic.

* Aliàs, Instituit.

† Scilicet pp ingratitudinẽ ut hic dr & xvj. q. vij. c. in ueniã. & lvj. dist. c. satis puersum, & extra de do. ca. vlt. Insinuatio quid est.

Donationes inter viuos certis ex causis reuocantur.

& secũdum eos donatio ante nuptias appellabatur, & in se habebat tacitam conditionem, ut uidelicet tunc rata esset hæc donatio, & effectus haberes cum matrimonium esset subsecutum. Sed dñe quare appellabatur ante nup. Rñd. ꝙ ideo, quia sꝫ ante nupt.

*Propter nuptias donatio (quę olim ante nuptias diceba tur) non solum contracto matrimonio augeri põt. sed etiam constitui, & initium sumere.*

Est & aliud genus inter viuos donationis, qđ veterib. quidẽ prudentib. penitus erat incognitũ, postea autem à iuniorib. diuis principib. introductũ [a] est, quod ante nuptias uocabatur, & tacitam in se conditionẽ habebat, [b] vt tunc ratum esset, cũ matrimonium esset insecutum. [c] Ideoque ante nuptias appellabatur, ꝙ [d] ante matrimoniũ efficiebatur, & nũquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iustinus pater † noster [e] cum augeri [f] dotes & post nuptias fuerat [g] permissum: si quid tale [h] eueniret, & ante nuptias augeri donationem, & constante matrimonio, sua cõstitutione permisit. [i] Sed tñ. nomen inconueniẽs remanebat, cum ante nuptias quidem uocabatur, post nuptias autẽ tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupiẽtes, & consequentia [k] nomina rebus esse studentes † constituimus, [l] vt tales donationes nõ augeantur tantum, sed etiã constante matrimonio initiũ accipiant, & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur, & dotibus in hoc exæquentur, [m] vt quemadmodũ dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, nõ solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto [n] augeantur, & constituantur.

fiebat, licet effectũ non hẽret. nisi nuptiis subsecutis, & nunq̃ post nup. celebratas talis donatio potuit ichoari. sed postea diuus Institinus pr̃ meus hmõi obseruationẽ semiplenè correxit. Nã cũ permissum fuerat dotes constante matrimonio posse augeri, permisit in constitutione sua hmõi donatio. ante nup. & post nup. celebratas ad similitudinẽ dotiũ posse augeri, sed tñ nomẽ inconueniens penitus remanebat. nã ante nupt. nocabatur ut prius, licet ex contõne sua post nup. tale susciperet incremẽtum, & ita augebatur post nup. tñ ante nup. appellabatur. Et ita manifestè patet, quod nomen non bñ consonabat rei, vñ nos plenissimo fini sanctiones tradere cupientes, & consona nomina reb. esse cupientes, uel studentes, in nostra constitutione statuimus, ut hmõi dona. non solum post celebratas nupt. augmentum suscipiat, sed etiam initium suscipere possint. & in hoc dotib. parificantur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augeri, sed etiam de nouo fieri possunt, ita huiusmodi donationes, quæ pp nuptias introductæ sunt, non solum constante matrimonio contracto augeri, sed etiam de nouo constitui possint, & hęc dicuntur usque ad illum §. erat olim.

a Introductum. Vt C. de do. ante nup. per totum tit.
b Habebat. Et hodie habet, si fiat donatio prius, nam & postea fieri potest. ut j. eo. §. sed tamen.
c Insecutum. De iure, & de facto.
d Quod. Id est, quia.
e Pater noster. Sic j. quibus non est permiss. fac. testamen. §. cæcus.
f Cum augeri. Id est cum hoc non esset. [g] Accut.
g Fuerat. Etiam ante se.
h Tale. Puta, quia augeatur dos.
i Permisit. Scilicet diuus Iustinus. ut C. de don. ante nup. l. penul.
k Et consequentia. Aliis conuenientia. sic C. de epi. & cle. l. decernimus. in fi. gl. fi. & in suminario. & de offic. præfec. urb. l. 1. in fi. & de defen. ciui. l. defensores arg. contra. C. de consti. pec. l. 2. §. pen. & ff. de adi. leg. l. 3. § conditio.
l Constituimus. C. de dona. ante nup. l. fi.
m Exæquentur. Si de nouo fiat donatio, uel dos post matrimonium, uel uetus augeatur, est æqualitas. ut C. de don. ante nupt. l. fi. §. si igitur dote. Si ante matrimoniũ poterat esse inæqualitas. ut C. de pact. con. l. ex morte, in princ. Sed hodie æqualitas est ante & post in constituendo, & in pactis lucrorum, ut quantum dat uxor in dotem tñ det in datione pp nuptias maritus, & sicut hic fit dñs dotis, sic illa donationis pp nuptias: vsumfructum tñ hẽat maritus, ne accidat matrimonij onerib. dotẽ nõ seruire. Nã æquitas suggerit, ꝙ dos debeat eẽ ibi, vbi sũt onera matrimonij. ut ff. de iur. do. l. dotis fructus & l. plerũq; § si serui. cum tantũdem reddatur uxori, ex qua donõ consulitur mulieri soluto matrimonio, si res dotales non exstant, & q̃ a non potuit alienare maritus, ẽt ea ꝯsentiente. [a] ut j. tt. pxi. in prin. licet alĩs iuri hypothecæ possit renũciare ut C. ad Velle. l. ẽt. & l. iubemus. & i auth. sine à me. eo. tit. C. Et sicut dos uxori, sic & talis donõ iure redditur uiro, soluto matrimonio cũ sit æqualitas. ut in authẽ. de æqua. do. §. 1. col. 7. est & spõsalitia largitas, qñ spõsus sposæ p uerba de futuro, uel ꝫ donat purẽ, non respectu dotis, q̃ similiter conditionem matrimonij habet. ut C de don. ante nupt. l. cum ueterum. & l. si à sponso. Ac.

ADDITIO. Tu dic ꝙ aliqñ fit ex mera liberalitate hoc exp̃sso ꝙ uu lo casu repeti possit. & hẽt locũ l. si mater. C. de do. ante nu. aliqñ fit simpliciter nullo expresso, & tũc olim p̃sumebatur ex mera liberalitate. & erat irreuocabilis. l. 2. l. si filiæ & l. si tibi. C. e. hodie verò ob cãm futuri mrĩmonii. l. cũ veterũ. e. ti.

n Sed eo etiã cõtracto. Hodie hoc corrigitur in Authen. de æqua. do. col. vii.

¶ Erat olim. CASVS. Dñe. vidi plures modos acquirẽdi de iu. ci. nũq̃d adhuc reperiũtur plures modi ciuilis acq̃sitiõis? Respõ. ꝙ sic. Erat eñ olim alius modus ciuilis acquisitionis p ius accresc ẽdi, qđ q̃dẽ ius accrescẽdi erat tale. Si duo habebãt seruũ cõmunẽ, Petrus, & Mar. si Petrus solus inter viuos, vel in vltima volũtate cõmunẽ seruũ manumitteret, libertas nõ valebat, sed in eo casu pars Petri penitus amittebatur, & Mar volenti manumittere accrescebat: & ita seruus, qui prius cõmunis erat, totus Martino p ius accrescẽdi acq̃rebatur, sed cũ hoc pessimũ fuerat exẽplũ seruũ q̃dẽ manumissum libertate defraudari, & impositiõe libertatis humanioris. dñs dãnũ inferri, & seuioribus lucrum acquiri: ideo hoc quasi inuidia plenum pro remidio per nostrã cõstitutionem duximus corrigẽdum: & inuenimus viã p quã

1

† Patrem suũ Iullinum nocat qđ ab eo adoptatus esset, cũ tc uera fuerit eiusdẽ Iustini ex sorore nepos.

Dos, & donõ pp nuptias debẽt eẽ in æqualitate.

Dos datur ut inde matrimonij onera supportẽtur.

[g] Aliàs cum hoc esset.

† Hic est casus in quo filius corrigit patrẽ, nec obstat Auth de nu. §. si uerò expe. Agid. Per.

[a] Nisi post biennũ iterũ cõsentiat & ex aliis bonis ꝗ supsunt sibi sit cõsultũ, nec tunc sibi p̃iudicat nisi quatenus ꝓbetur uersum in rẽ suã. Ang. Hodie tñ de cõsuetudine talis donõ non constituitur. vt vult gl. in authẽ. æqualitas. C. de pac. cõ. & Bal. in authen. dos data. C. e. Ias.

tam manumissor, quã socius eius manumittere nolens, quam & seruus, qui libertatem accepit. nostræ permissionis beneficio cõiter perfruãtur. Statuimus enim ut libertas seruo cõi imposita debitũ effectum sortiatur. Manifestum.n. est antiquos legislatores in fauorem libertatis multa ꝯ regulas cõmunis iuris statuisse, & statuimus, ꝙ dñs qui libertatem imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudeat: & socius indemnis conseruetur: & preciũ serui manumissi dño manumittête seruum secundum partem dñij constõne definiti accipiat. Et hæc vsque in fi. tit. Fran.

*Hodie si vnus ex dominis manumisit seruum communem: seruus efficitur liber: & socius conseruatur indemnis, dato sibi precio partis suæ h.d. Are.*

Erat olim & alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale. Si communem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit, vel vindicta, vel testamento, eo casu pars eius amittebatur, & socio adcrescebat.

Sed cum pessimum fuerat exemplo, a & libertate seruum defraudari, & ex ea humaniorib. quidem dominis damnum inferri, sæuioribus a autẽ dominis lucrum adcrescere: a hoc quasi inuidiæ plenum pio remedio per nostram constitutionem b mederi necessarium duximus.

*Habet casum, in quo contra iuris communis regulas quis inuitus rem suam vendere cogatur.*

Et inuenimus viã, per quam & manumissor, & socius eius, & qui libertatem accepit, nostro bñfi cio fruantur: libertate cũ effectu procedẽte; (cuius c fauore antiquos legũlatores multa etiã contra cões d regulas statuisse manifestum est) & eo, qui eam libertatem imposuit suæ liberalitatis stabilitate gaudente, & socio indemni conseruato, preciumque serui secundum partem dominij, quod nos definiuimus, e accipiente. e

---

TITVLVS VIII.

## QVIBVS ALIENARE licet, vel non.

*Etiam vxoris accedente cõsensu fundi dotalis alienatio, & obligatio viro (quamuis ciuili iure dotis dominus sit) interdicta est.*

Accidit aliquando, ut qui dñs rei sit, alienare non possit, & cõtra, qui dominus non sit alienandæ rei potestatem habeat. Nam dotale prædium g maritus

Exemplo. Sic C. de ꝓbati. l. exẽplo.

b Nostram constitutionem. C. de cõmu. seru. man. l. 1. §. ne autem. & §. fin autem socius.

Cuius. s. libertatis.

c Cões. Scilicet: vt libertates per l. Fal. non minuantur. Itẽ vbi nõ ualet testm̃, libertates non reuocantur. ff. de inoffic. testa. l. Papin. §. sed an & libertates. & §. fi. Idẽ ff. de fideicom. libe. l. generaliter § si qui seruo.

Definiuimus. C. de commu. ser. ma. l. 1. §. ne autem. & §. fin autem totius.

e Accipiente. Vel eo deposito: ut C. de com. ser. ma. l. 1. §. ne autem. & §. fin aũt socius. Et no ꝙ compellitur quis vendere, quod est speciale contra regu. vt C. de contrahen. emp. l. inuitum. & C. de iure delib. l. nec emere. quod plenè no. in auth. de fideiuss. §. pen. col. 1.

Libertatis fauor in quibus consistit.

a Aliàs seuerioribus.

a Aliàs accedere.

Vendere quis cõpellitur aliquando.

QVIBVS ALIENARE LICET, vel non.

*Dictum est supra de acquisitione facta per vsucapionem vel per donationem: nunc dicit per quas alienatio possit fieri, & per quos non. Are. Vel sic continua. Supra dictum est quomodo efficitur dominus iure gentium, vel ciuili, hic tractare intendit de quadam specialitate: quæ contingit circa eos, qui dominia rerum acquirunt: generale enim est, vt qui dominus est, possit alienare: & qui dominus non est, alienare non possit, hic in specialibus casibus contingit contrarium.*

Accidit. Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primo qñ dñs non potest alienare res suas. Secundo econtra, qñ nõ dñs alienat. Tertio redit ad primum casum. Secunda ibi, Contra autem. Tertia ibi, Nunc admonendi. Vel diuide subtilius. Primo, qñ prohibetur alienatio ꝓpter rem, quæ est inalienabilis. Secundo qñ permittitur ex pactione. vel ꝑꝑ publicam utilitatem. Tertio qñ prohibetur ratione personæ alienantis, vel rõne personæ in quam fit alienatio, quia pupillus est.

CASVS. In prima parte dicit Iustinianus ꝑmittendo ea, de quib intẽdit hic tractare; aliqñ accidit, ꝙ ille, qui dñs est rei, dñiũ tñ eiusdem rei in aliũ transferre non possit, ut in casu illo, e conuerso similiter qñqꝫ accidit, ut ille, qui dñs non est, ptãtem tñ dñinm transferendi in aliũ hẽat. & hæc dñr vsque ad vers. nã dotale in quo talis figuratur casus: Dñe vos dixistis mihi ꝗ. ꝙ dñs rei aliqñ rẽ suam alienare non põt, ponatis mihi exemplum de hoc. Ad hoc tñ. Amice, ecce maritus licet sit dñs prædij dotalis, tñ inuita muliere prædium sibi in dotem datum per legem Iuliã de fundo dotali, alienare prohibetur, & hypothecas earũ rerũ, quæ uolente ẽt muliere fiebant. quam legem Iuliam per constõnẽ nostrã correximus, & in meliorẽ statũ deduximus. cum.n. prohibitio l. Iul. tñmodo in reb. immobilib. Italicis locũ hẽbat: & alienationes rerum dotalium, ẽt in oĩ re, quæ inuita muliere fiebãt, inhibebat: vtriqꝫ remedium adhibuimus: & statuimus, ut non solum in Italia interdicta sit alienatio, uel oblig. rerum dota. sed ẽt in oĩ prouinciis, quę Romano subiecta est Imperio: & non solũmodo inuita muliere locum hẽat huiũ prohibitio, sed alia neqꝫ alienatio, uel oblĩo, licet de consensu mulieris facta fuerit, robur obtineat, & hoc ideo statuimus, ne fragilitas sexus muliebris, quæ de facili ad consentiendum alienationi per blanditias mariti posset induci, in perniciem substantiæ mulierum uideatur conuerti, & hæc usque ad illum. §. ꝯ autem. Franc.

g Dotale pdiũ. Scilicet inæstimatũ: ut C. de rei uxo. act. o. l. 1. §. & cũ lex. versic. in fundo aũt. aliàs si æstimatum esset, posset alienari, nisi ęstimatio fiat, vt sciatur quantũ ualet: ut C. de iu. dot. l. quoties: & l. si inter uirũ. & de fundo dota. l. Et dic dotale, uel quasi: ut ff. de fun. dot. l. 3. & 4. Quid si res mobilis est? Rñ. põt alienari, si maritus est soluendo. C. de ser. pig. da. ma. l. 1. facit. l. si ex lapidicinis. ff. de iu. do. Accur.

f Idẽ est et si fiscus sit socius qa eo inuito poterit seruus manumitti fm Nico. per l. j. C. de uecti. & cõmiss. Ægi. Per.

Et l his casib. ubi nõ ꝑt alienari en si deiussor datus à viro oblige tur, uide Ias. hic.

Additio

inuita muliere [a] per legem Iuliam prohibetur [b] alienare: [c] quamuis ipsius sit [d] dotis cã ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, [e] in meliorem statum deduximus. [f] Cùm enim lex [g] in solis tantummodo reb. locum habebat, quæ Italicæ [h] fuerant, & alienationes inhibeat, quæ inuita muliere [i] fiebãt: hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea: [k] vtrique [l] remedium imposuimus, vt etiam in eas res, quæ in prouinciali solo positæ sunt, interdicta [m] sit alienatio, vel obligatio, vt neutrum eorum neque consentientibus [n] mulieribus procedat: ne sexus muliebris fragilitas in perniciem [o] † substantiæ earũ conuertatur. [p]

*Pignus non solum ex debitoris pactione à creditore distrahi potest, quamuis dominus non sit, sed etiam si nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modo iuris præscripta forma seruetur.*

Contra [q] autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit, alienare [s] potest. † Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari: qui ab initio contractus pactus est, vt liceret creditori pignus vendere, † si pecunia non soluatur. [s] Sed ne creditores ius suũ persequi impedirẽtur, [t]

ADDITIO. Sed iure canonico indistinctè valet alienatio vxore consentiente, & iurante. c. licet mulier. de iureiur. lib. vj. ut si prius iurasset se nunquam tali alienationi faciendæ velle consentire.

[a] Inuita muliere. Ergo ea volente poterat, vt innuit, quod corrigitur statim.

[b] Prohibetur. Nisi procedatur ad diuisionem fundi dotalis: vt C. de fun. do. l. fi. Item nisi ex necessitate: vt C. de li. cau. l. 1. Item nisi cũ vniuersitate: vt ff. de fun. do. l. 1. Item nisi vertatur ad vtilitatẽ mulieris: vt ff. de iure dotium. l. fina.

[c] Alienare. Hoc largè accipias, siue dñiũ muter, siue in alijs constituat: vt C. de reb. alie. nõ alie. l. fi. & in Auth. de nõ ali. §. alienationis. coll. 2. & ff. de fundo do. l. Iulianus. Ac.

[d] Ipsius sit. Scilicet de iure gẽtiũ, & per traditionẽ: & ciuili, s. approbatione: secundum Io. Alij dicũt de iure ciuili, s. fictiõe, nõ iure gentium: vt C. de iur. do. l. in rebus. Sed quod ibi dr de iure naturali vxorem dominam esse, uerum est primæuo iure, quo dicitur Quodcunque calcauerit pes tuus &c. non naturali, i. iure gentium, sed rerum domina dicitur quo ad spem, & quantum ad hoc, ut ex eis sustentetur, sicut filij dicuntur domini rerum paternarum. ut j. de hære. quali. & dif. §. sui. vers. sed sui quidẽ. & C. de furt. l. quamuis. & C. rer. amo. l. 1. uel domina est inspecto exitu, sicut filius dicitur dominus. ut ff. de libe. & posthum. l. in suis. Accur.

ADDITIO. Circa hoc dicas, quod verum, & effectuale dominium habet maritus: sed fictum, & interpretatum habet uxor, ex quo cum uiro uiuit continuo, & præsumitur eadem persona.

[e] Corrigentes. In duob. capit. & in alijs non. Accur.

[f] Deduximus. ut C. de rei uxo. actio. l. unica. §. & cum lex.

[g] Lex. Scilicet Iulia.

[h] Italicæ. Id est, in Italicis prohibebat alienationẽ, & hoc erat primum eius uitium. Accur.

[i] Inuita muliere. Sed ea uolente concedebat, & hoc erat secundum uitium.

¶ Si seruum alienum CASVS. Quidam fecit testamẽtũ, & in testamẽto suo seruum P. quẽ credebat liberum hoiem, hæredem instituit, & postea adiecit, & si institutus hæres nõ erit, Mæuium ei substituo. mortuo testatore apparuit, quòd ille quẽ testator errore deceptus credebat fuisse liberũ, & tanquã liberum hæredem instituit, seruus erat P. de ita iussu, P. domini adiuit hæreditatem, qui eam direbat sibi acquisitam: ex aduerso Mænius substitutus viriliter se P. opponebat, & allegabat in hunc modũ. Ego dñe P. dico, q per aditionẽ serui tui in casu isto non potest tibi acquiri hæreditas: quia testator errore deceptus credebat liberũ seruũ tuũ, que sibi hæredẽ instituit: vnde cũ in rei veritate nõ tenuerit institutio facta ideõ deficiente institutione, dico me ex substitutione ad totam hæreditatem admittendũ, & te omnino repellendũ. Sed in cõtrariũ P. videbatur sibi posse defendere hæreditatẽ, in hunc modũ allegando cõtrar. dicens: Domine Męui, ego dico, q ueritas pferenda est opinioni. vnde cũ in veritate seruus meus fuerit institutus, & si hæres nõ esset, tu ei futurus eras substitutus, & ipse seruus iussu meo adierit hanc hrditatem, mihi per traditionẽ totã hęreditatẽ acquisiuit: & vulgaris substi. expirauit: & sic ex virtute uulgar. substit. nihil iuris in hac hrditate poteris vendicare, cũ aditione substitutio penitus sit extincta, & ita magis crescebat cõtentio inter. P. dominum serui instituti, & Mænium substitutum: & ideo supplicauit Impe. dicens, pro Deo domine, si placet terminetis istã contentionẽ, & dicatis quid iuris est in casu isto pposito? Ad hoc Rñ. Amice, si qs alienũ seruũ patref. arbitratus hæredẽ istituerit, & si hæres nõ esset, Mæuiũ substituerit: licet iste seruus p errorẽ institutus. iussu domini adierit hęreditatẽ, nõ tamẽ substitutio uulg. penitus euanuit: imò Mænius vulgariter substitutus in partẽ hrditatis acquisitę admittendus est. Sed dñe, qualiter respõ. ad allegationes hinc inde ppositas? Ad hoc respõ. Amice, Allegatio domini pro seruo instituto, locum hẽt in eo seruo quem testator sciens esse seruũ, hæredem instituit. Illa. n. uerba, q̃ ponuntur in vulgari. Sed si hæres nõ erit, in eo, quẽ testator in rei veritate scit esse seruum, intelligunt, si neque ipse seruus institutus acquisierit sibi hæreditatẽ, neq; domino psenti, neq; futuro: quia tunc demum admittit substitutus, si in hoc casu prio ignorabat ipsum esse seruum: & ita non omnino obtinet allegatio domini. P. Allegatio vero Męuij substituti locum habet in eo seruo quẽ testator sciẽs hominẽ liberũ instituit, & uulgariter substituit. Ista enim uerba, s. si hrs non erit, in eo seruo, quẽ testator scit esset patref hoc significãt, si neq; ipse sibi acquirit hrditatẽ. neque illi, cuius iuri postea subiectus erit: tunc. n. demũ ad hæreditatẽ admittit substitutus, sed certe secus erat in casu proposito. nã testator credebat ipsum esse liberum, & in rei ueritate seruus fuit: unde nõ est mirũ si aliud. j. rñ quã in 2. vel 3. statutum sit. Nec uideat alicui nos aliqd durũ in hoc casu statuisse. Nã ita Tiberius Cæsar in persona Parth. serui sui quondã à testatore per errorem instituti, constituit Frã. de Are.

a Patremfamiliàs. Id est, liberum hominem. Ac.

ADDITIO. Hoc uerum, nisi error esset in ea personæ qualitatę, q̃ præsumeretur causa finalis ipsius institutionis pura in cõsanguinitate: ut l. si pater. C. de hæred. instu. Ang.

b Iussu. Quem iussum necessario oportet pcedere, ut ff. de acq. hær. l. si quis mihi § iussum.

c In partem. Sed in quam? Respond. hæreditas in duas partes diuidit: & uerũ unus semis diuiditur in duas partes, q̃ sunt duæ quartæ totius: & unam harũ particularũ habet dominus instituti, aliã substitut°, ut ff. de hær. instit. l. si pater fa. i fi. Sed de alio semisse quid erit? Respon. quidã, quod substitutus habet inspecta opione testantis. s. qui credit institutum liberũ fuisse: & ita per 9sequẽs credit substitutũ admitti, si hrditatem ubi institutus non acquisierit, vel alij cuius iuri postea subiect° foret: vt in fi. huius §. ergo si aliqd istorũ duorũ non contingit, debet habere substitutus sm opinionẽ testantis totam hrditatẽ: sed quia nõ erat liber, ut testator credidit. de ęquitate datur dño ipsius quarta hęreditatis, & facit p hoc illud generale opinionem cõsiderã. ut ff. pro empt. l. 2. §. si à pupillo. in gl. si in re. & ff de acq hæred. l. is qui putat. Alij dicũt, q domino dat consideratã ueritate magis, quã opinione: quia uere seruus dñi fact° erat ille qui institutus fuit: qd uerius esse vr, ueritate magis attẽta, unde facit & illud generale, ueritatem spectandam: vt j de leg. § si quis rem. Accu.

ADDITIO. Dic quòd ultr. opi. gl. est uerior. & no. glo & doct. in d. l si pater fa. uidelicet, quòd dominus serui habeat totum alium semissem. Ang. Are.

d Illa enim verba. Nunc mutat casum, ut s. dixit, quando aliud arbitrabatur testator, & aliud erat. in his autem duobus responsis, q̃ sequũtur, idem est id quod arbitratur testator Acc.

e Si hęres non erit. Quæ apponuntur in substitutionibus uulgaribus.

f Testator scit. Et uerũ. Aliàs enim non diceretur scire: nisi esset: ut ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. item Labeo ait, cum quæritur.

K 2 Erit

*Left margin note:* a Et si ea tantũ procedit iste tex. itẽ in casu suo ubi. s. cohæredi substitutio ẽ, facta substitutio tũc n. quãuis p ius accrescendi habeter substitut° partẽ illius cui non fuit substitut°, tñ nulla tali in eis facta distinctiõe hoc est diuisione, eã habebit iure substitutionis, & hęc fuit forte mẽs istius literę: sec° tñ esset in pupillari. uel aliàs ubi ius accrescendi locũ habere nõ posset: ut per Doct. hic.

*Right margin note:* Opinio an sit veritati antep° ponenda.

g Erit. Scilicet liber factus.
h Neque alium. l. si neq; sibi, si liber fieret, vel dño suo præsenti, vel etiam futuro quæsiat.
c Effecerit. Nam tunc quando non est aliquod isto rum duorum, admittitur substitutus.
d Arbitratur. Scilicet testator, subaudi, & verom arbitratur. Acc.
e Sobiectur. puta quis vendidit se ad precium participandum, vel quis dedit se in arrogationem, quod potest.
f Acquisierit. Supple i litera. At in no stro casu primo, s. huius § aliud est, & aliud arbitratur: vñ ibi in partẽ admittitur, vt ibi diximus. & hæc oĩs distingnẽ do seruauit pricepa qñ seruus suus fuit institutus, & alius institutus, vt hic dicit & ff de hæ inst. l. & hoc Tiberius, Collige ergo talẽ distin ctionẽ. quia cũ hære dẽ aliquẽ institno, & si hæres nõ erit, sub stituo. aut scio liberũ, aut scio seruum: & tunc seruat qđ in secũdo & tertio tñ. huius. § dr̃. Aut puto liberũ falso, cũ sit seruus & tunc subdistinguo, aut p eũ volui aut nolui alium fieri hæredem. quia hoc expssi, & tũc seruatur mea volũtas: ut C de hæt. institu. Leuni proponas. in gl. per ibi, item no. q̃ est huic cõtraria. Aut est dubium, an volui vel non alium fieri hæredem per eum; & tunc seruatur quod in prin. huius. § dicitur. Si autem poto seruum, cum sit liber.
i hic casus indubitabilis est. s. quòd erit liber hæres.
g Serui. Scilicet instituti. a cui fuerat alius substitutus. Nam diuisa fuit hæreditas inter Tiberium dominũ serui, & inter ipsum substitutum. vt patet in l. & hoc Tiberius ff. de hæredi. insti.

a Aliàs Titus. vide Alci. li. dispũc. j. ca. ij. & Catellianũ Cottã I dictione testm̃.

l Sic princeps pr̃ ei sa iudex I caosa sua cõcor. l. & hoc Tiberius. ff de hæ. ist. & eõ huius tex. fit magis ex voluntate prĩcipis, quã ex subtilitate rõnũ Ægi. Per.

t In dubio aũt error nõ p̃sumit & tunc hoc cõsistit in aio testatoris, qui nõ p̃bat nisi ex cõiecturis: qđ aũt in filio vel monacho institutis cũ datiõe vulgaris quos testator crede bat esse sui iuris, vel etiam sciebat eẽ alieni, & an hæres primi instituti ex iure deliberãdi p̃ferat, an substitutus, vide Aug. hic.

u Ista gl. nõ est Accu. sed additio.

x Respõsum illud viđ elegãter interp̃tatum simul & emendatũ per Emil. Ferretum in notis

sic accipiuntur; si neque ipse hæres erit, a neque alium b heredem effecerit. c in eo verò quã patremfamiliàs esse arbitratur d illud significat. si hr̃ditatẽ sibi vel ei cuius iuri postea subiect⁹ e eẽ cęperit, nõ adq̃sierit. f Idq; Tiberius Cęsar in p̃sona Parthenij g serui sui constituit. i

## TITVLVS XVI.

## DE PVPILARI substitutione.

*Qui liberos impuberes in suis habet sacris constitutos, non solum vulgariter, id est si hęredes non erunt, sed etiã pupillariter si hæredes f uerint, & intra pubertatẽ decesserint, eis substituere potest ideo primo casu contingente substitutus fit testatoris hæres secundo verò casu ipsi pupillo hęres efficitur.*

Liberis k a impuberib. quos in p̃tãte quis habet, nõ solum ita, vt supra diximus, i sub stituere potest: id est vt si hæredes ei nõ extiterint, alius fit ei hæres: sed eo amplius, vt si hęredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis hæres: veluti, si q̃s dicat hoc mõ: k Titius filius meus hæres mihi esto: l Et si filius m meus hæres mihi nõ erit, siue hęres n erit, & prius moriatur, q̃ in suam tutelã venerit, i. ante, quàm pubes o factus sit, tunc Scius hæres esto: quo casu, p si quidẽ nõ extiterit hæres filius: tũc substitutus patri fit hæres. q Si vero extiterit heres fili⁹, & ante pubertatẽ decesserit: ipsi filio r fit hæres substitutus. nam morib. s institutũ est t vt cum eius ætatis u filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere nõ possunt, parẽ-

## DE PVPILARI SVBSTITVTIONE.

*Continuatur. Quia supra visũ est de vulgari substitutione, & q a parẽtes non solũ vulgariter, verũ ẽt pupillariter liberis substituere possunt, ideo sequebatur videre pupillari de substitutione. Porc.*

Liberis. Totus iste ti. diuidiĩ in sex partes. Primo ponit qualiter quis possit facere pupillarem substitutionem. Secundo de exemplari substitutione cui fieri potest. Tertio reddit ad pupillaris substitutionis materiam. Quarto. Quod etiam exhæredatis potest fieri illa substitutio. Quinto circa pupillarem substitutionem aliquos casus ponit. & postremò vsque ad quam quantitatem fieri possit. Sexto, quòd maiori vel puberi, ei extraneo fieri non potest pupillaris Secunda ibi. Qua ratione. Tertia ibi. Igitur Quarta ibi. Non solum. Quinta ibi. Quæcunque. Sexta ibi. Extraneo. Litera in hoc titulo est planissima: ideo pone casum per teipsum.

a Liberis. Nota ex hac litera tria esse necessaria, vt pupillaris substitutio teneat. Primum, vt fit de liberis, cui substituitur. nam extraneo substitui nõ potest, vt infra eod. § extraneo. Secundum, quòd sint impuberes. nam puberibus nõ potest substitui: vt infra eod. § masculo. Item tertio, quòd habeat in potestate: vt hac litera probatur p ordinem emancipatis autẽ nõ potest substitui: vt ff. eo. l. 2. §. x. t Item est necessarium quartum, quòd filij sint instituti, vel exhęredati, aliàs nullũ esset principale testamentũ t vt j. de exhæ. lib. in princi. & ff eo. l. j in fi. vnde nec pupillare valeret: vt j. eod. § liberis. & hęc omnia similites in nepotibus seruãtor, si non sint recasuri in sui patris potestatẽ. vt ff eo. l ij. § planè postbu. aliàs cum sunt recasuri, nõ valet testamentum: cũ in ea caosa sint, vt eorom testamenta non valeant, etiam si ipsi sint maiores.

i Ita vt sopra diximos. Scilicet vulgariter supra ti. j. & hoc idem hic subijcit: vt si hæredes &c.
k Hoc modo. Hic caute no. quòd in primo ponit verba institutionis. Secũdo substitutionis vulgaris. Tertio substitutionis pupillaris. Acc.
ADDITIO. Aliquid dicunt, quod omnia sunt verba pupillaris substitutionis: q̃ etiam non hæredi, & exhæredato fieri põt: cum hic tex non intẽdat exẽplificare vulgarem. Jo. Fab.
l Esto. Hęc est institutio tantum. Acc.
m Et si filius. Ecce vulgaris. Acc.
n Siue hæres Ecce pupillaris.
o Pubes. Bene facit quòd exponit: aliàs interdũ pro xiiij annis: interdum pro xv. ann. ponitur hæc oratio, cum in suam tutelam venerit. ff. de leg. 3. l. cũ filio.
p Quo casu. Supradicto.
q Patri fit hęres Et solius patris habeat bona, secũdum. Azo.
r Ipsi filio. Et nihilo minus patri: vt ff e l paterfamilias, & bona pupilli vndecunque q̃sita sint hẽt: vt ff. eo. l. sed si plures § ad substitutos, nisi in duob. casibus, vt in testamento militis, & arrogatoris: vt ff. eo. l. sed si plures. § in arrogatore. & § ad substitutos; in fi Ac.
s Moribus. aliàs à maioribos. vt C. de impu & ali. substit. l. humanitatis.
t Ætatis. Vt masculi ante xiiij ano fœminæ antem ante

fuit ad sũstitutiones hoc ipso loco.

y Forma huius pupillaris substitutionis ponitur in ca. Rainuci⁹ in gl. sup vers. liberis post pri. extra de testa. Substitutio pupillaris hẽt quatuor necessaria.

3 Et est ratio t quia substitutiones sunt đ iure ciuili sm quod emancipat⁹ hr̃ pro extraneo: fallit tñ hoc I milite: ut l. miles ita. § ex hęredato. ff. đ test. mili. dũmodo: filios non sit i ptãto aui, aliàs secus. l. cũ filius. ff. eod. titu.

a Abũdãs hæc id est antequã pubes factus sit.

r Morib. aliquid inductũ eẽ, quo accipiendũ si apud Iustic. elegãter explicat Vigli⁹ in cõmentariis suis in hũc ipsum locũ.

ante duodecim ann. ff. de test. l. qua ætate. & §. qui manu. non poss. §. cum ergo.

a Excitati. Scilicet nos Iustinianus.

b Constitutionem. C. de impu. & ali. substitut. l. humanitatis.

c Certas psonas. Scilicet filios mente captos, si hēant: aliàs frātres mēte captis alias quoscunque voletur: vt in d. l. humanitatis, continetur.

ADDITIO. Etiam supradictis existentibus, qui sunt spurij, vel naturales tantum, aut etiam mente capti. Angelus.

d Resipuerint. Id est, cum compotes mentis, vel sani facti fuerint.

e Ad exēplum. Et ita hæc vocatur exēplaris substitutio. vnde vt plenè de his hēas notitiam, distingue quinque gña substitutionum. quia alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia cōpendiosa. Prima, s. vulgaris subdiuiditur: quia alia expressa, vt q̄ fit verbis negatiuis: vt, si hæres non eris, Titius erit hæres, vt s. prox. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis: vt hic, vos inuicem substituo: vt ff. de hære. insti l. cum in testamento. §. j. Item hæc quisquis erit mihi hæres, sit filio meo impuberi hæres: vt ff. eodem. l. qui liberis. §. hæc verba. & hæc vulgaris adita hæreditate expirat: vt C. eod. l. post aditam. Secunda autem, scilicet pupillaris, similiter subdiuiditur: quia alia expressa, quæ fit verbis affirmatiuis: vt hic si hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius sit hæres: vt supra prox. Alia tacita, scilicet vt si vulgariter tantum pupillo substituatur, quo casu tacita subintelligitur pupillaris. & sic sub pupillari tacita vulgaris intelligitur vt ff eo. l. nam & hoc iure. in princ. & C. de impuberum & ali. substi. l. quamuis. & hæc adueniēte pubertate expirat, vt in fine huius. §. Tertia, scilicet exemplaris hic ideo dicitur. quia ad exemplum pupillaris est inducta. vt hic dicitur. In multis tamen differūt quia hæc etiam maioribus fit, sed alia tm̄ impuberibus. Item vsque ad certā ætatem fit pupillaris, scilicet decimumquartum annum: vel duodecimū annum in fœmina: vt j. e. §. masculo, vel etiam minus tempus certum, non maius: vt ff. eod. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari. at hæc exēplaris in incertum. Item in hac, s. exemplari, certæ personæ substituuntur, vt C. eod. l. humanitatis. in pupillari autē quilibet potest substitui. Quarta autem, id est breuiloqua, fit ita, duobus hæredibus institutis, vos inuicem substituo: & si ambo pupilli sunt, quatuor substitutiones his verbis breuibus comprehenduntur, & appellat lex hanc reciprocam substitutio. N. P.

tes eis faciant.

*Qua ratione potest pater filio impuberi pupillariter substituere, eadem poterit filio furioso, aut mente capto exēplarem substitutionem facere: itaq; sicuti pupillaris pubertate adueniēte expirat, ita exemplaris furore sedato, & sanitate mentis restituta euanescit.*

Qua rōne excitati [a] & ɔstōnem [b] in nr̄o posuimus Codice, qua ꝓspectū est, vt si q mētecaptos, habeāt filios, vel nepotes vel ꝓnepotes cuiuscunque sexus, vel grad⁹, liceat eis etsi puberes sint, ad exemplū pupillaris substitutionis certas psonas [c] substituere, sin autē resipuerint, [d] eandē substitutionē infirmari. [e] & hoc ad exemplum [e] pupillaris substitutionis, q̄ [f] postquàm pupillus adoleuerit, [g] infirmatur.

*Facta pupillari substitutione, censentur duo testamenta, vel vnum duarum hæreditatum. Areti.*

Igit̄ in pupillari substitutione s̄m p̄fatum modū [h] ordinata, duo [i] quodāmodo [†] sunt testamenta: alterum patris, alterum filij, [†] tanquam si ipse filius sibi hr̄dem instituisset: aut certe vnum testm̄ est duarū causarū, id est, duarū hæreditatū.

*Potest pater facere substitutionem pupillarem filio separatim clausam, & signatam: & disponere quod non aperiatur viuo filio, quæ dispositio valet, etiam si non fuerit per se ita clausa, & signata. Areti.*

Sin autē qs ita formidolosus [k] sit, vt timeat, ne fili⁹ suus pupill⁹ adhuc ex eo, [*] ꝙ palā substitutū accepit, post obitū ei⁹ periculo īsidiarū subiaceat, [l] vulgarē qdē substitōnē [m] palā facere, & ī primis testamētipartib. ordinare [*] debet. Illam autē substi-

nem: vt ff. eo. l. nam & hoc iu. §. j. Quinta, s. compendiosa, fit his verbis aliquo instituto: quandocunque decesserit, Titium substituo, & si quidem hoc fiat à milite pupillo vel non pupillo: valet de iure directo, quandocunque decedat institutus. vt ff. de milita. testam. l. miles ita hæredē. §. primo. nisi mater sit in medio, quo casu iure fideicommissi valet, si pubes iam factus decedat institutus: vt C. eodem. l. precibus. Si verò paganus, siue non miles, faciat eam, valet iure directo, si moritur institutus in ætate pupillari. Si verò postea, tunc aut per hæc verba fit, substituo illum: & tunc trahitur ad fideicōmissariam, vt ff. ad Trebelli. l. Scæuola. aut per hæc verba, te instituo, & si decesseris quandocunque tibi illum facio hæredem, & hæc nō valet: vt ff. eodem, l. verbis ciuilib. Accursius.

f Quæ. Scilicet pupillaris.

g Adoleuerit. Item finitur arrogatione impuberis: vt ff. de ado. l. nec ei. in fine.

i Item. si patris nō fuit hæreditas adita, vt ff. eodem. l. sed si plures §. si ex asse. Itē si nascit̄ posthumus testatori: vt ff. eodem, l. si pater filium. Item per secundum testamentum, quod tamen non valet: vt ff. eodem. l. si quis eum. §. fina. Item si testamentum paternum rumpatur per querelam in totum, aliud si pro parte: vt ff. eo. l. in substitutione. & de inofficioso testa l. Papinianus, §. sed nec impuberes. Sed contratabulas bonorum possessio mota non facit pupillarem substitutionem cessare. quia ibi non quæritur de viribus testamenti: vt ff. eod. l. ex duobus. §. fin. & de inoffic. testa. l. filius. §. j.

h Præfatum modum. Vt supra eodem, in principio.

i Duo. Nota, quòd duo dicuntur quo ad quid: quia duobus fit. nam instituitur hæres duobus, patri scilicet, & filio. Item duarum hæreditatum. vnum verò dicitur, quia ab uno factum. & facit ad hoc. ff. eodem. l. patris & filij. & ff de conditio. & demonstratio. l. hæc scriptura. & ff. de bonorum possessio, secundum tabulas. l. si ita scriptum. §. fin. & l. ut bonorum.

k Formidolosus. Id est, timidus, & meticulosus.

l Subiaceat. Quibus insidijs eum subijceret substitutus, ut haberet eius hr̄ditatem, ut fecit Zacharellus.

m Substitutionem. Scilicet cùm ipsa institutione nam hic est ordo, ut primo institutio, secundo uulgaris substitutio, tertio pupillaris fiat, ut supra codē tit. in princip.

a In im̄ ꝗ exteris exhæredatis, uel ex iusta causa præteritis unum tm̄ modo substituere potest. An.

Substitutio uulgaris.

* Sācim⁹ in nōnullis libris additur.

Substitutio pupillaris.

* Et sicut pr̄ pōt facere filio impuberi testm̄, ita ēt pōt eidem eligere sepulturam: ut hr̄ in cap. de uxore, iūcta gl. sup uerbo, definitū. ex. de sepul.

Substitutio exemplaris.

Breuiloqua.

* Aliàs, item hoc iure. Compendiosa.

† Dictio quodammodo, est nota improprietatis: vt hic, & l. 1 fin. ff. de lib. & posth. glo. in l. si me in uacu, āff. de acqr. pos. & gl. Per.

* Et sicut pr̄ pōt facere filio impuberi testm̄: ita ēt pōt ei dem eligere sepulturam, ut hr̄ in c. de uxore. iuncta glo. su per uerb. definitū. extra. de sepult.

* Et ē tō q̄ tūc impedit̄ arrugat⁹ nō solum ex defectu ætatis testari sed ex alio defectu, qa eīr subiectus alterius potāti, cui per dationem pupillaris substituti potuit ꝓuideri: s̄m Cin.

* Alibi adhuc cō.

* Aliàs scribere

tutionē, per quam si hæres extiterit pupillus, & intra pubertatē decesserit, substitutus vocatur,[a] separatim in inferiorib[us] partib. scribere[b] debet, eamq; partē proprio lino,[c] ꝓpriaq; cera consignare, & in priori parte testamenti cauere,[d] nē inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc īpubere, aperiant̄. Illud palā est, nō iō minus[e] valere substōnē impuberis filij, ꝙ ī eisdē tabulis[f] scripta sit, qbus sibi qsq; heredē instituisset: quamuis pupillo hoc periculosum sit.

*Substitutio pupillaris potest fieri non solum filio instituto, sed etiam exhæredato: & veniunt in ea omnia bona pupilli vndecunque quæsita, quod locum habet etiam in posthumis. Aretinus.*

Nō solū aūt hæredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parētes pñt, vt si hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis hęres is, quem ipsi voluerint, sed ēt exhæredatis.[g] itaqꝫ eo casu[h] si qd exhęredato pupillo ex hęreditatib. legatisve, aut donationibus propinquorū, atq; amicorum adquisitū fuerit,[i] id omne[k] ad substitutū[l] pertinebit. Quæcūq; diximus de substōne impuberum liberorū, vel hæredū institutorū,[m] vel exhæredatorū,[n] eadem etiam de posthumis intelligimus.

*Non potest pater pupillo suo substituere pupillariter, nisi sibi faciat testamentum: & si non valet testamentum patris, non valet substitutio. Aret.*

Liberis autem † suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi[o] faciat.[p] nā pupillare testamentum pars,[q] & sequela est paterni testamēti, adeò vt si patris testm̄ nōn valeat,[r] nec filij quidem valebit.

*Pupillaris substitutio potest fieri singulis pupillis, vel ei qui vltimus morietur. Are.*

a Vocatur. Quæ est pupillaris.

b Scribere. Vel etiam alia charta: quia & hoc fieri potest: vt ff eod l. patris & filij.

c Proprio lino. Linū appellat ipsam chordulā, q̄ fit de lino: vt videmus fieri in literis dñi Papæ, in quib. chordulis testamenti apponebātur septem sigilla de cera. Et ideo dicit proprio lino, quia si alieno, vendicaret domīnus, ‡ & ita aperiretur. & consilium legis nullum esset. vel dic ꝓprio, id est, separato ab alijs partibus testamēti. Sed nonne magis insidiabit substitutus: cum tantam constructionem, id est, ordinationem videat, & propter se? Resp. hoc ignorabit, an ꝓpter se, an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accursius.

ADDITIO. Nec ideo inualidabitur illud consilium, quia sub expressa vulgari tacita pupillaris continetur, quia illud verum, nisi de mente tacita, vel expressa testantis contrarium appareat: vt hic, & l. iam hoc iure, ff. eod.

d Cauere. Idem est & si hoc non caueat dum tamen separatim signet. Accursius.

e Non ideo minus. Quasi dicat dixim[us], quòd sic cautè fieri potest. Sed si non ita fecerit, nunquid valet ideo minus? Respon. non ideo minus &c. vt hic dicit.

f Tabulis. Scilicet apertis. Accur.

g Exhæredatis. Scilicet substituere possunt.

h Eo casu. Scilicet quando exhæredato substituit.

i Fuerit. Vt quia gratiosus erat hic pupillus, sic vt ei donaretur, vel legaretur.

k Id omne. Imò videtur: ꝙ tm̄ in eis bonis valet substitutio, quæ à patre peruenerūt ad filium exhæredatum: vt ff de mil. testa. l miles §. exhæredato, q̄ est huic ꝯtia. sol. ibi miles, emancipato substituebat: quod in alio, scilicet pagano, non toleratur: vt ꝯ eo: §. extraneo, & ideo cum vnū pro eo induclitur, scilicet ꝙ potest substituere emancipato, & aliud cōtra eum inducitur, scilicet quòd non potest substituere emancipato, nisi in his bonis, quæ sibi dedit: vt arg. ff. de iure iur. l. eum qui. in princ.

ADDITIO. Imò existenti in potestate, quod pater, quia exhæredatur: quæ exhæredatio esset inepta in emancipato. vnde dic ꝙ ibi loquitur in milite, qui instituto, vel emācipato potest substituere ꝓ parte, & pro parte non: secus in pagano. Ang.

l Ad substitutum. Qui substitutus nullo potest grauari legato, & in ea re, quæ pupillo fuit relicta, vt C. de leg. l. cum quidam. sed ipse exhæredatus sic iure sibi relicta: vt ff. eod l. coh æredi. § cū filiæ. in fi. §. ‡ Et no hunc. §. non posse hodie habere locum, nisi talis sit impubes, qui possit esse ingratus: vt proximus pubertati. vt not. ꝯ. qb. mod. tutel. fi. §. ētē si in seruitutem. aliàs non potest exhæredari: vt C. de inoffi. test. l. si quis in suo. §. legis.

m Institutorum. Vt ꝯ. e. in prin. vsque ad proximum §.

n Exhæredatorum. Vt supra proxi. §.

o Et sibi. Hic not. quòd si filiū exhæredet, cui substituit: prius sibi. deinde debet facere filio testamentum. Si autem eum instituat, tunc vel ante, vel post valet institutio, vel substitutio: vt ff eod l a §. prius. & § sed si quis. & § sed & si. & §. fi.

ADDITIO. Sed hanc reprobant doctores. quia non habet rationem, & dicunt istum textum, & dictum § prius procedere, quando substitutio fit ex interuallo: secus si eodem contextu: quia non curatur quid præcedat. Ange.

p Faciat. Hoc fallit in milite, qui potest substituere pupillo: licet non instituat sibi aliquem hæredem: vt ff de vulga. & pupil substitutio. l. secūda. §. quisquis.

q Pars. Sic ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. penultima.

r Non valeat. Scilicet à principio: vt quia filius fuit præteritus vt ff. eodem. l. si quis cum in fine leg a, vel aliàs, scilicet non valet testamentum à principio: cum multi sint modi, quibus testamentum non valet: vt ff de iniust. rup. testa. l. 1. Idem etiam si ex postfacto rumpatur in totum scilicet testamentum patris. Secus si pro parte tantum: quia tunc substitutio remanet: vt ff eod l. in substitutione & ff. de inofficio. testa. l. Papinianus. § sed ace. Itē hæc sunt vera, si iure ciuili expugnetur testamentum. Aliter autem si iure prætorio: vt si per contra tabul. expugnetur testamentum: quia remanet substitutio: vt ff. eodem. l. ex duobus. in fine, & l. sequen. quæ huic legi contrariæ sunt. Sed certè aliud est, eam expugnatur iure ciuili, vt hic: aliud cum iure prætorio. vt ibi. nam prætor non potest facere esse, nec desinere hæredem: vt infra, de bonorum possessio. § quos autem. Item nota hic, quod de alienis rebus quis testatur, vt patet de bonis filij. sic & aliàs. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. cum hic. § si dona-

† Proprio id est suo & quot modis dicat̄ ꝓpriū, Mand. in Gl Fscul. § & proprium.

‡ Doctores ꝯ gg publicam vtilitatē ad similitudinem sigul iniuncti. vt p Io. Fab. & Angel. hic.

‡ Et est rō diuersitatis: quia substitutio exhæredati est simpliciter testm̄ filij, ita ꝙ nō patris à quo nullā quotā hæreditatis accepit. & ideo in alieno testamento legare nō pōt: secus si ex eadē voluntate quotā hæreditatis haberet substitutus, & substitutione locus esse posset, vt hic. Ang.

† Facit ad hūc. §. ea. in nottā. in gl r. in fin. extra, de sepul.

donator vers. similes. & ff. de iniust. rup. l. si quis filio. § sed & si quis fuerit. Est & alius casus secũdum quosdã: vt C. de secun. nup. l. fœminæ § si. Sed de iure cõmuni aliter est. ut ff. de test. l. eius qui, §. j. & de iure cod. l. conficiuntur. § si post.

Vel singulis [a] liberis vel ei, qui eorum nouissimus [b] impubes morietur, substitui [c] potest. Singulis quidẽ si neminẽ eorũ intestatũ decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarum hæreditatũ [†] integrum inter eos custodire velit.

*Pupillo substitutus dari potest certo, & proprio nomine, aut generaliter, his verbis (quisquis mihi erit hæres, filio meo impuberi sit hæres) quo casu qui ex testatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hæreditarijs portionibus substituti videntur.*

Substituitur aũt impuberi, aũt nominatim: [d] veluti, Titius, [e] aut generaliter: vt, Quisquis mihi hæres erit. [e] Quibus [f] verbis vocantur ex substitutione impubere mortuo filio illi, & qui scripti sunt hæredes, [g] extiterunt, [h] pro qua parte [i] hæredes facti sunt.

*Pubertate euanescit pupillaris substitutio, nec lõgiorem habet progressum, quàm in pubertatem vsque.*

Masculo igitur vsq; [k] ad xiiij. annos substitui potest fœminæ vsque ad xij. annos, & si hoc tempus excesserit, substitutio [l] euanescit. [l]

*Extraneo & puberi filio post aditam hæreditatem directo substitui non potest: sed per fideicommissum potest.*

Extraneo verò, vel filio puberi hæredi instituto ita substituere nemo põt, vt si hæres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit hæres, sed hoc solum permissum est, vt eum per fideicommissum [m] testator obliget [n] alij hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere, quod ius quale sit, suo loco trademus. [o]

---

TITVLVS XVII.

---

QVIBVS MODIS testamenta infirmentur.

*Si quis facto testamento quempiam sibi seu in filium arrogauerit, vel ex suis descendentibus aliquem adoptauerit, protinus quasi sui hæredis agnatione quod prius fecerit, rumpitur testamentum.*

Testamentũ iure factũ vsq; eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat. Rumpitur autem testamentum,

[a] Vel singulis. potest enim esse, quòd quis habeat plures filios, & oẽs impuberes, si ergo cuilibet substituere vult, poterit [t] si autem vltimo loco morienti. & hoc potest: vt hic, & ff. eodem. l. vel singul. & hoc casu vno moriente defertur sua portio iure legitimo, scilicet per legem duodecim tabularũ ad fratres: ut hic, & infra de legitim. agnato. success. §. j. Sed certè ex eo, quòd tantum vltimo moriente substituit, uidetur eos inuicem substituisse vsq; ad vltimum: & ita iure substitutionis magis quam legitimo inter eos succedi videtur. vt ff. de legatis secundo. l. Titia Seio. §. Seia, in fine. quæ est hoie contra. Sed certè ibi dixit plus, Scilicet, quòd non alienarent, qđ testator eis dimittebat. & ex hoc ibi dicitur iure substitutionis succedere: non quia ultimo tantum substituitur. vt ff. de legat. tertio l. is qui. in fine.

[a] Etiam vnica oratione. qđ facit vt si filiis. le gentur cẽtũ, pro qualibet, q̃. nis verbis sint cõiũctæ: nõ tũ habeãt accrescendi, vt l. huiusmodi §. quibus ita ff. de leg. j. Ang.

[†] Quasi dicat cum substituit ei q. vltimo moriet, si vn⁹ pmoriat, eius portio defert ad alios fratres: & hoc fit iure legitimo l. per l. xij. tab. Ægi. Per.

[a] Alibi Titius hæres esto.

ADDITIO.

Et nota, quòd iste §. est lex. ff. eodem titulo. & incipit, vel singulis. ideo non ab re sic §. iste debet incipere: & ita habent correcti codices.

[b] Nouissimus. Id est, vltimus. puta his verbis Quis es liberis meis impubes vltimus morietur, ei Titius hæres esto.

[c] Substitui. Scilicet pupillariter.

[d] Nominatim. Sic supra de exhæredatio. libero. §. nominatim.

[e] Hæres erit Subaudi. sit hæres filio meo.

[f] Quibus. Scilicet generalites verbis.

[g] Hæredes. Scilicet patri.

[h] Extiterunt. Scilicet ipsimet. hæredes. [t] nã secus si alij qrant: ut puta patri vel domino. nam tales, scilicet pater & dominus, qui sunt hæredes per filium vel per seruum, ex his verbis generalibus non admittuntur ea substitutione. Idem dicas de hærede hæredis: vt hæc notantur ff. eod. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc verba. & l. seq.

[g] Quod facit ad materiã l. fina C. de edic. diui Adr. toll. cuius bñficiũ dat hæredi scripto. Ang.

[i] Pro qua parte. Pront enim dilexit testator eos instituit æqualiter vel inæqualiter, sic in substitutione præsumitur: vt hic, & ff. eo. l. si pater & s̃. titu. j. § & si ex disparibus.

[k] Vsque. Ad xiiij ann. scilicet, completos nam pupilli esse desinunt: ut s̃. quib. mod. tut. fi. in prin. sed intra hos annos potest substitui: vt ff. eo. l. si ita quis. & l. qui plures.

[l] Substitutio. Scilicet. directa: si tamẽ aliqua verba inueniantur fideicõmissi in testamẽto, iure fideicommissi valebit: vt C de fideicõ. l. si frater tuus.

[m] Per fideicõmissum, quod semper fecisse videtur. cum dicit, si filius meus quandocunq; decesserit, substituo ei Vitalem: quia uerbum substituo, cum sit generale verbum, & ad directã, & fideicõmiss. substitutionem possit trahi: ad id restringetur, qđ est rei aptius. id est ad fideicommissum: quia directa non habet locum quandocunque decedit: & probatur hoc. C. de impube. & alijs subst. l. precibus. §. si uerò substitutio. [s] & ff. de vulga. substitu. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ff. de legi. & sen. con. l. in ambigua. fortè idẽ si dicat. Vitalis hæres esto. nam trahitur ad fideicommissariam: quia de hæreditate restituenda rogasse videtur: vt ff ad Trebel. l. ex facto. j. respon. & l. Scæuola. Sed contra est: ut no supra indistinct.

[n] Obliget. Rogando eum per fideicommissum, vt restituat. Accur.

[o] Trademus. Vt infra de fideicom. hær. per totum.

[l] Cõcor. in ca Ral nutius in glo. super versi. libu tis ante me ibi pupillaris ẽ. extra, de testa.

[a] Tu dili genter ex pẽde hãc glo. cuius contrariũ no glo. in l. verbis ciuilib ff. de vulga. & pupil. quæ vult, quoties substitutio directa fit, oñ quã possit valere iure directa pp defectu pionæ, q eam facit, vel cui fit, sed obliquæ iure fideicõ. q̃ gl. vera ẽ, & hæc falsa cũ pcedentib. fm Bal. hic, & Ioã. de Pla. Et vide Bar. in d. l. uerbis ciuilib.

[s] Nota, q substitutio cõpendiosa facta verbis cõibus valet oĩ pe ut fideic. & idẽ tenuit gl. in d. l. pcib⁹ & est cõis opi. licet aliq diae sint, q infra tpa valeat iure directo, post tẽpora vero iure fideicõ. & dicatis vt ibi Christ.

---

QVIBVS MODIS TESTAmenta infirmentur.

*Vsq; nũc qualiter firmentur testamẽta nũc qualiter infirmentur, nã nihil est adeo firmũ, quod non rumpatur in auth. de nupt. §. nuptias. col iiij.*

Testamentum. Totus iste ti. diuidit. in 5. partes. Primo ponit qualiter testm̃ tollatur agnatione sui hẽdis nouiter adoptati. Se-

cundo qualiter per 2m testamentum tollat primum. Tertio qualiter testamentū irritet ea dim. testantis. Quarto an voluntas solēnis possit tolli nuda volūtate testantis. Vltimo, ꝙ etiam Impe. nō capit ex testamēto imperfecto. Secūda ibi, in § posteriore. Tertia ibi, Alio quoque ɔ. Quarta ibi, Ea eo autem. Quinta ibi, Eadem oratione ɔ:

cùm in eodē statu manēte testatore, ipsi⁹ testamēti ius vitiatur. Si quis.n. post factum testm̄ adoptauerit a sibi filiū per Imperatorē, eum, qui est sui iuris: aut per prætorem secundū nostram constitutionē b eum qui in potestate parentis fuerit: testamentum, eius rumpitur c quasi adgnatione d sui hæredis.

*Posteriore testamento ex quo quis iure ciuili aliquo casu adire potuit hæreditatē (quāuis non adita fuerit) rumpitur prius testamentum.*

Posteriore quoq; testamēto quod iure perfectum est superius rumpitur, e nec interest, extiterit aliqs hæres ex eo, f an nō. hoc.n. solū spectatur, an alieno casu existere g potuerit. Ideoque si quis, h aut noluerit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortē eius antè, quā hæreditatem adiret, decesserit: i aut conditione sub qua hæres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamiliàs intestatus moritur. Nā pri⁹ testamentum non valet ruptum à posteriore, & posterius æquè nullas habet vires: cū ex eo nemo hęres extiterit.

*Etiam posteriore ritè facto testamēto, in quo in certis reb. quispiam institutus fuit, primum, cui hæres est vniuersalis, tollitur testamentum: sin autem secundis tabulis, vt priores quoque vim obtinerēt iusserit testator: tunc qui ex re certa scriptus est vniuersam hæreditatē hæredi, qui priore institutus est testamento restituere tenetur.*

CASVS Domine, vos vultis tractare quib. mod. infir. test. dicatis mihi primo, quamdiu valeat testamentum rectè factū? Ad hoc respon. Amice, testa. iure factum semper valet, donec aliquo modo rumpatur, vel irritum ɔ fiat. Sed quid domine iam video, quādiu valet teste. dicaris modo mihi, quādo intelligatur test. rumpi? Ad hoc resp. Amice, tests. ꝓpriè dicitur rumpi quando in eodem statu manente testatore, ius ipsius testa. vitiatur, vt patet in tali exemplo. Quidā fecit testa. solenne, & post testa. arrogauit Imp. rescr. quendam sibi in filium, aut fortè per prætorem aliquē sibi adoptauit secundum tenorem nostræ constit. nam in casu isto per arrogationē, vel ꝑ adoptionē istius filij, qui nec est exhęredatus nec institutus, rumpitur test. sicut rumperet si post factū. test. aliquis suus hæres testa. agnasceretur. Et h.d. vsque ad illū § posteriore quoque. Fran

a Adoptauerit. Id est, arrogauerit.

b Constitutionem. Puta auus est, qui adoptat: vt C. de adopt. l. cū i adoptiuis. & ī. de adop. §. sed hodie.

c Rumpitur. Si autem eū prius instituisset, nō rumperetur. licet postea arrogaret: vt ff de lib. & posth. l. filio §. fi. Si autē fuit exhæredatus filius emācipatus, & postea arrogetur, tūc nō rumpitur, aut extraneus, qui postea arrogatur, & tunc rumpitur: vt ff. de contra tabul. l. nō putauit. §. si quis emancipatum. Extraneum autē nepotem accipe, qui non est suus hæres: cum alius eū præcedat. alias frustra tunc exhæredaretur: vt ff de uerb. oblig. l. quidam cum filium. & de lib. & posthu. l. si quis posthumos, §. si filium.

ADDITIO Et hæc vera, quando ante testamentū fuit facta exhæredatio quid autem si eodem, vel in vno testamento instituat, in alio postea simpliciter exhæredetur, aut si post ius quæsitū exhæredatio conferatur? vide Ange hic.

d Quasi adgnatione. Id est sicut natiuitate alicuius posthumi. nam tunc certū est rumpi: vt ff. de iniusto rup. testa. l. j. in fi & l. 3. in princ & l. certum. & hoc in masculi testa. secus in test. feminæ: ut ff de libe. & posthu. l. Gallus. § nūc de le. Velle. in fi. §. & est ratio. quia præteritis matris habetur pro exhæredatione: vt ī. de exhæred. lib. § fi sed de inoffic. testam agit talis posthumus: ut C. de inoffic. testa l 3.

¶ Posteriore quoq;. CASVS. Domine iam video quare rumpitur testa arrogatione, & agnatione sui hæredis: nunquid pluribus alijs modis rūpi pōt? Et res. Imp ꝙ sic. nā certè primū testa. de iure factū rumpitur per secundū testa. iure factū: nec in hoc casu refert, vtrum quis hæres extiterit ex secundo testa. an non. Nam hoc solum spectatur, quantum ad hoc, vt per secūdum rumpatur primum: an aliquo casu ex secundo test. existere potuerit. Ideoq; si quis in secūdo testa. institutus aut repudiauerit hæreditatem ɔ aut viuo testatore, aut post mortē eius ante, quā adierit, decesserit, aut fortè deficiente conditione sub qua fuit hæres institutus, esse non possit: in omnibus his casibus paterfamil. intelligitur intestatus decessisse ɔ. nā primum test. nō valet: quia ruptū per 2m cum solennitate factum, & similiter secundum, nullas vires habet, cum ex eo nullus hæres extiterit. & ita nec valet primū, nec valet secundum. Et hæc dicuntur vsque ad §. sed & si quis. Franc. de Are.

e Rumpitur. Hoc est verum secundū quosdam, quādo secūdū nō cōcordat cū primo aliàs durat primū. ut C. de testa. l. sancimus. Sed certè hoc stare non pōt. nam si valet 2m, non valet primum: cum idem non possit duo testa. facere cum ex secundo tantū adeatur hæreditas. Econtra in sentētijs. nam valet prima, nō secūda ab eodem & super eo. lata: ut ff. de re iudi. l. iudex.

f Ex eo. Scilicet posteriore testamento.

g Existere potuerit. Nota non cōsiderari quod est sed qđ esse potest: vt hic, & ff. de hære. insti. l. pater filio, & ff. de iniu. rup. test l. cu in secundo in princ. & § in furium. Sed contra ff de libe. & posthum. l. si filius. j. Solu. ibi secundum testamentum non ualuit, etiam in principio: hic autem valuit licet ex eo non adeatur hæreditas. Itē not quòd id quod valet plus, rumpitur per id quod minus ualet sic ff de adimen. le. l. legatum sub conditione § j Argu. cōtra. ff. de rescinden. uend. l. si id quod. in prin. & §. fi. dicut ibi not. in glo. j.

h Ideoq; si quis. Scilicet institutus hęres in ij. testa. Et iste uersic. est exemplum, quando ualet primū testa. & nō extitit ex eo hæres & uide tertiū exēplum.

i Decesserit. Quare non transmittit, nec olim, nec hodie ad hęredes: vt C de cad. tol. § in nouissimo.

¶ Sed & si quis. CASVS. Domine, iam video qualiter rumpitur test. primū per secundum, licet secundū test. non habet effectū. an pluribus alijs modis rūpi pōt? Et res ꝙ sic nam aliquando rūpitur primum p secundum ita tñ quod utrumq; valeat, tñ primū valet iure fideicōmissi, nō tāquā ex primo. sed tanquā ex secundo vt liquet isto exemplo Quidā fecit testamentum solēnitate obseruata, postea fecit testamentū secundum

Alià vis.

Et intellige extra neū ex extraneitate qua filius emācipatus. & sic necessariè exhæredatur imò lex consuluit vt §. posthumorū. ī. de exhęred. libe. & ita bene sequitur gl. aliàs frustra. & c.

Testm̄ tamen ritè factum postea per ingressū monasterij non irritatur sed regulatur 2m auth. si qua mulier C de sac. sanct. eccle. dic vt per Angel. hic.

Testamētū 2m p̄fertur primo: sicut prima sētentia p̄fertur secundæ.

g Hoc verum vbi fiūt ex intervallo alias secus de contractu & contrà eildē re sub. possunt duo originalia confici. Ioan. Fab.

Sed & si quis [a] priore testamento [b] iure perfecto posterius æquè iure fecerit: etiã si ex certis rebus [c] in eo hæredē instituerit: superius tamen testamentum sublatum esse, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. cuius constitutionis verba & hic inseri iussimus: [d] cum aliud [e] quoq; præterea in ea constitutione expressum sit. Imperatores [f] Seuerus & Antoninus Cocceio Cãpano: [g] Testamẽtum secundo loco factũ, licet in eo [h] certarum rerum hæres scriptus sit, perinde iure valere, [i] ac si [*] rerũ mentio facta non esset: sed teneri hæredem scriptum, [k] vt contentus reb. sibi datis, aut suppleta [l] quarta ex lege Falcidia, hæreditatem restituat ijs, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi verba secundo testamento, [*] quibus vt valeret prius testamentum, expressum est: [m] dubitari non oportet. Et ruptũ quidem testamentũ hoc modo [n] efficitur.

*Per capitis diminutionem testamentum proprie fit irritum. Et largo modo testamentum ruptum, vel iniustum dicitur irritum, & econtra. Arc.*

Alio quoque [*] modo testamenta iure facta infirmantur: veluti cum is, qui fecit testamentum capite diminutus sit. [o] quod quibus modis accidit, primo libro retulimus. [p] Hoc autem casu [q] irrita fieri testamenta dicuntur, [r] cum alioqui [s] & quæ rumpuntur irrita fiant: & ea quæ statim ab initio non iure fiunt, irrita sint. Sed & ea quæ iure facta sunt, & postea post capitis deminutionẽ irrita fiunt, possumus nihilo minus rupta dicere. Sed quia sane commodius erat singulas causas [t] singulis [u] appellationibus distingui: ideo quædam non iure facta [x]

---

...audendũ similiter cũ debita iuris solẽnitate, & in secundo testõ institui hędem in certis rebus, & cum fecisset secundum testm̃, adiecit. Volo quòd illud quod dixit in primo testamento, valeat. In casu isto dubitatur, vtrum primum testamentũ videat ruptum per secundum? Diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt primum testamentum per secundũ sublatum esse: licet in secũdo testamẽto hæres in certis rebus sit institutus, & verba constitutionis prædictarũ principum in hoc titulo inseruimus, & sunt verba constitutionis hæc. Imper. Seuerus, & Antoninus Augu. Cocceio Campano salutem. Dubitari non oportet testamentum secundo loco factum, licet in eo in rebus certis hæres scriptus sit, perinde iure valere, ac si certarum rerum mentio in eo facta non esset, sed tamquã hæres esset simpliciter institutus. Veruntamen in hoc casu hæres scriptus in secundo testamento debet esse contentus rebus sibi in secundo testamẽto datis. si sufficiant ad quartam totius, vel si nõ sufficiant, suppleta sibi quarta ex leg. Falcid. tenebitur vt fideicomm. hæreditatem hæredibus scriptis in primo testamento restituere, & hoc propter hęc verba inserta secundo testamento, quibus testator expressit: vt prius testamentum valere. Et his modis supradictis, videlicet arrogatione, & sui hæredis agnatione, & secundi testamenti constitutione, testamentum iure factum rũpi intelligitur &c. Cætera, quæ in hoc titu. dicuntur planissima sunt.

[*] Aliàs valere sic si &c.

[*] Abũdat secundo testamento.

[a] Sed & si quis. Iste §. est lex. ff. ad Trebel. & incipit, Si quis priore. Acc.

[b] Priore testamento. Not. hic arg. pro sententia appellationis: vtrum ex ea vel ex prima agatur. [*] Sed contra arg. C. de don. inter vir. & vxor. l. ex verbis. Et simile potest notari in l. pen. eiusdem ti. Ac.

ADDITIO. Tu dic, quòd agitur ex prima in criminalibus, idẽ in ciuilibus si lapsu temporis sit confirmata, puta quia est appellatio deserta alias & per secundam sententiam, secundum Ioan. Fabr. agit ex vtraque, sed secundum Ang. ex secunda, ex qua etiam agitur si sit contraria primæ.

[*] Dic quod aut prima sniã tẽpo ris lapsu: vt pote quia appellatio deserta, & agitur ex priã, aut cõfirmat per secũdã & ex ea agitur glo in l. hæres vbi Bart. C. de app.

[c] Ex certis rebus. Quia totũ habet, licet ex certa re sit institutus, & ideo rumpit primum testm̃, vt hic & ff. de hære. insti. l. 1. § si ex fundo. in glo. institutes.

ADDITIO. Et hoc verum, quando in eodem testamento non est datus alius cohæres. aliàs habetur locum legatarijs. præterquam in querela inofficiosi testamenti, de quo dic: vt per Ange. hic.

[d] Inseri iussimus. Hoc titulo statim.

[e] Aliud. Scilicet quod expresse confirmari potest primum in secundo, & aliàs: vt patet in sequẽtibus.

[f] Impera tores. Ecce verba constitutionis. Acc.

[g] Campano. s. rescripserunt salutem.

[h] In eo. Scilicet secundo testamento.

[i] Valere. Accipe, dubitari non oportet: quod est infra. Accur.

[k] Scriptum. Scilicet in secundo testamento.

[*] Aliàs, alio aũt, &c.

[l] Suppleta quarta. Scilicet si res sibi datæ non faciant quartam.

[m] Expressum est. Nam testator voluit primum testamentum manere: & tamen non potuit, nisi iure fideicomm. ex tacita tamen voluntate, quæ ex secundo testamento percipitur, remanet primũ vt si dicam in secundo, ideo instituo talem, quia mortuus est quem institueram in primo: nam si errauit, remanet primus hæres, & legata ex vtroque præstantur. scilicet à primo hærede: ut ff. de hæred. institu. l. fin.

ADDITIO. Et sic ex qualitate p̃fationis colligitur causa finalis ipsius dispositionis: & tũc ab ea licitum est arguere. Ange.

[n] Hoc modo. Scilicet tribus modis per arrogationẽ & agnationem: vt supra eodem. §. primo. Item & per secundi testamenti compositionem: ut s. eo. §. posterior quoque. vsque huc.

[o] Diminutus sit. Licet minima capitis diminutione: ut innita eodem §. non tamen. in fine. & ff. de iure codicillorum. l. conficiuntur. §. si post factum testamentum. sed contra supra de milita. testamento. §. penultimo. Sed illud speciale est in milite. Pñt & alius modus irritandi testamẽtum adijci: quia per legem quãdoque cassatur in duobus casibus. [*] Vt in authentica. vt cum de appellationes cognosc. si quis de prædictis & §. si vnum ex parentibus. col. 8.

[p] Retulimus. Vt s. de cap. dim.

[q] Hoc autem casu. Scilicet cũ quis capite diminuit.

[r] Dicuntur. Scilicet proprie.

[s] Alioqui. s. si improprie dicere velim, & large.

[t] Causas id est, differentias.

[u] Singulis appellationibus id est proprijs nominibus. & facit ff. de supel. l. Labeo. § fi.

[x] Non iure facta. Vt sunt illa, quæ carent solẽnitate testium, uel quando testator nõ habuit testamẽ

[*] Primus casus est quñ ille qui cognouit se hęredẽ scriptũ in testõ, testatorem inopia laborantẽ nõ alimẽtauerit, imo illũ passus est fame necari. Secũdus casus est, quñ testatorẽ ab hostibus captũ nõ redemit: tunc iudicatione quadã hæredis testm̃ viribus vacuatur, propterea quod hæreditas ex eo non adit. Fin Christop.

[*] Ista gl. cũ duab. sequẽtib. non sunt Accursij, sed additiones.

dicuntur, quædam iure facta rumpi, [a] vel irrita fieri. [b]

*Capitis diminutione testatoris iure ciuili irritum fit testamentum: quod tamen, si hæres mortis tempore pristinum statum recuperarit, iure prætoria conualescit: & ex ea secundum tabulas bonorum possessio peti potest.*

Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta per capitis diminutionem irrita facta sunt. Nā si septem testitium signis signata sunt: [c] potest scriptus hæres secundum tabulas testamenti bonorū possessionem agnoscere, si modo defunctus, & ciuis Romanus, [d] & suę potestatis. [e] mortis tēpore fuerit. [f] Nā si iō irritū factum sit testamentū: quia ciuitatem, vel etiam libertatē [g] testator amisit: aut quia in adoptionē se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit, non potest scriptus hæres secundum tabulas [h] bonorum possessionem petere.

*Simplici nudaque volunta-tis expressione præcedens ritè factum testamentum minime infirmatur, item posterioribus tabulis imperfectis non fiunt irritæ priores perfectæ.*

Ex eo autem solo [i] non potest infirmari testamentum, q̄ postea testator id noluerit [k] valere vsque adeo vt & si quis post factum prius testamentum posterius & facere cœperit, & aut morte [*] præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit, diui Pertinacis oratione cautū sit ne aliàs tabulæ priores iure fectæ, irritæ fiant: nisi sequentes iure ordinatæ, [l] & perfectæ fuerint. Nam imperfectum testm̄ sine dubio nullum est, [m]

*Si quis idcirco principem hęredem scripserit, vt aduersario, cum quo sibi lis erat, duriorem constitueret litigatorem, nulla est dispositio huiusmodi.*

Eadem oratione expresfit, [n] nō admissurū se hæreditatem eius, qui litis causa principem reliquerit [o] hæredem, neque tabulas non legitimè factas: in quibus ipse

---

ul factionem, & facit vel q̄ filiū in potestate cōstitutum præteriit: vt l j. ff de iniust rup test.

[a] Rumpi. Scilicet trib⁹ modis videlicet per arrogationem, per agnationem, & per secundi testamenti compositionem.

[b] Irrita fieri. Vt per capitis diminutionem testatoris, vel quando hęres institutus non adit hæreditatem: quia tūc testamentum cōstituitur irritum: ut l. j. ff. de in ius. ru. tes.

[c] Signata sunt. Et postea testator capite diminutus est.

[d] Ciuis Romanus. Vt qn̄do maximā vel mediam capitis diminutionem passus fuerit postea restituitus.

[e] Suæ potestatis. Vel in minima. Accursius.

[f] Fuerit. Et aliquo indicio voluntatem primā retineat: vt ff de bono. poss. secundum tabulas. l. qui ex liberit. §. testamento.

Post hæc [g] videamus, de legatis, [h] quæ pars iuris extra propositam [i] quidẽ materiam vr̃, nam loquimur [k] de ijs iuris figuris, [l] quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur, sed cum omnino [m] de testamentis, [n] & de hæredibus, [o] qui in testamento instituuntur, locuti simus, non sine causa sequenti [p] loco potest hæc iuris materia tractari.

*Definitio legati. Ang. Are.*

Legatum [q] itaque, est donatio [r] q̃dam [s] à de-

g Post hæc. Scilicet quæ diximus. s̃. de testa. ordi. hucusq;.
h Pars. s. quæ est circa legata. & longa est, ut patet. ff eod. per multos tit.
i Propositã. s̃. p̃ quas pso. no. acq. §. fi. Ac.
k Loquimur. Id est locuti sumus. Et sic tp̃s pro tp̃e ponitur, ut C. de iis q notan. infa. l. si Possidoniũ. Vel loqmur, Id est loq dẽtemus, si materiã p̃ceden. p̃sequetemur [t] sic in Auth. de consan. & vter. fra. l. si igitur. colla. 6.
l Figuris. Id est partib. uel formis, quæ quatuor sunt. p̃ sue cessionẽ ciuilẽ, p̃ p̃toriã, p̃ arrogationẽ p̃ addictionẽ ɔ̃seruã dæ libertatis cã̃, ut cã̃, quas perso. nob. acqu. §. fi.
m Omnino. Id est, diligentissime.
n Testamentis. Vt s̃. de test. & trib. seq. tit. Ac.
o Hæredibus. Vt s̃. de hær. insti. usque huc. Acc.
p Sequenti. Quia nec debẽtur nisi in testõ relicta, & post hñ̃dis institionẽ. Sed hodie ɔ̃ in utroq; ut ĩ. đ fidei. com. hære. §. p̃terea, & ĩ. e. §. sed non usq;. & ante. Ac.
q Legatum. Diuiditur in septem partes. Primo ponit qualiter definiatur legatum. Scđo quot erant olim gñ̃a legatorum. Tertio qualiter unumquodq; genus legatorũ fiebat, q̃a erãt certa uerba assignata. Quarto qualiter dicta uerborum solẽnitas est hodie sublata. Quinto qual'r per Iusti. oẽs isti modi legandi, uel oĩa ista gñ̃a legatorum sunt redacta ad unã naturam, & legatarijs datur ius persequendi legata altero de tribus modis. Sexto remouet dĩam, quæ erat inter legata & fideicommissa & ea adæquat. Septimo rñ̃det cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi. Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædam. Quarta ibi, Sed ex constitutionibus. Quinta ibi, Nostra. Sexta ibi, Sed non usq;. Septima ibi. Sed ne in primis. CASVS. Dñe, iam uideo, ꝙ vultis tractare de legatis. Dicatis ergo mihi si placet, quid est legatum? Ad hoc rñ̃. Amice legatum est donatio quædam à defuncto relicta, &c. Et hæc dñ̃r usq; ad illum §. sed olim. Fran. de Aret.
q Legatum. Sic ff de leg. 2. l. legatum. sed aliter definitur, ff. eo. t. l. legatum est. ad finem tit.
r Donatio quædam. Sunt enim tres donationes: [a]

[t] Dic, ꝙ p̃teritũ p̃fectũ sub iũctiuo in ɔ̃ctib. quã nõ potest verificari in p̃terito trahit̃ ad futurum: vt l. cum stipulamur. ff. de verb. obl. sed in testamẽtis, & legib' q̃dam forma, & essentiã capiũt à futuro: s̃m Ang.

[r] Quæ fit pp merita. Ægid. Per.

[a] Scilicet cã mortia inter viuos, & legatum. Ægi. Per.

functo relicta, ab hærede præstanda.

*Antiqua solennitas verborum, quæ olim in legato obseruabatur, est hodie sublata. Ar.*

Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor, per vindicationem, per damnationem, † per sinendi modum, per præceptionem. †. Et certa quædam verba [a] cuique generi legatorum assignata erant, per quæ singula gña legatorum significabant. Sed ex constitutionibus [b] diuersorum principum solennitas huiusmodi verborũ penitus sublata est. [c]

*In omnibus legatis in quib spectatur potius voluntas quã verba, una natura imponitur, habentq; legatarij ius persequendi legatum tribus actionibus.*

Nostra aũt constitutio, [d] quam cum magna fecimus lucubratione, [e] defunctorum voluntates [f] validiores [g] esse cupientes: & non verbis, sed voluntatib eorum fauentes, disposuit, vt omnibus legatis [h] vna sit natura: [i] & quibuscumq; verbis [k] aliquid relictum sit, liceat legatarijs id perseq, nõ solum per actiones psonales, [l] sed etiam per in rem, [m] & per hypothecariam, [n] cuius constitutionis perpensum [o] modum ex ipsius tenore pfectissimè accipere possibile est.

*Sublata legatorum, & fideicommissorum multiplici differentia, omnium hodie vna, eademque natura est.*

vt ff. de do. l. s. Et differt hæc a donatione causa mortis: vt diximus s. de do. §. t. in fine Itẽ à donatione inter viuos: cum legatum reuocari possit vsq; ad mortem: vt ff. de adimen. le. l. s. in fi. & l. 4. Sed in donatione inter viuos non est ita: vt s. de do. §. aliæ. ‡ Itẽ differt ab hæreditate: cũ hoc singulare & sine onere sit, illud verò vniuersale & cũ onere, vt ff. mã. l. si hereditatẽ. & arg. ff. de eden. l. q̃dã. §. nihil interest.

¶ Sed olim quidẽ, CASVS. Dicit Imperator, quòd olim erãt quatuor gña legatorũ assignata: p q̃ qdẽ verba gña legatorũ discernebãtur. Si n. testator legabat his verbis: puta vendica tibi rem illã: tunc dicebat illud genus legati p vẽdicationẽ. Si aũt dicebat testator hæredi suo, Damno te Titium, legatario illam rem dare: tunc illud legatũ diceba tur p dãnationem. Si dicebat hæredi, sinito Titium illam rẽ habere: tunc dicebatur per sinẽdi modum. Si verò dicebat alteri hæredũ, illam rem præcipito, id est ante partem hæreditariam capito: tũc dicebatur per præceptionem. Et ita singula legatatorũ ex verbis singulis, quibus testator in legando vtebatur, proprium nomen sortiebantur, & hoc ita antiquitus obtinebat: sed postea ex constitutionibus diuorum principium huiusmodi verborum solennitas penitus sublata est. Nos verò cupientes voluntates testatorũ esse validiores: & non verbis testatorum, sed voluntatibus eorum fauẽtes: in constitutione nostra, quam cum magna deliberatione fecimus, disposuimus vt omnibus legatis decætero vna sit natura & quibuscunq; verbis, idoneis tamen, aliquid à testatore relictum sit, liceat legatarijs id legatum persequi, non tantum per personales actiones ex testo, sed etiam p rei vendicationem, & per hypothecariam: videlicet in alijs rebus, q̃ erant testatoris tpe mortis, & ita triplex remedium competit legatario ad legatũ sibi relictum persequendum. & huius nostræ constitutionis perpensum modum potestatis ex ipsius cõstitutionis tenore profectissimè accipere. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. Sed non vsque. Fran. de Are.

[a] Quædã verba. Vt si dicat legatario. Vindica tibi rẽ talem: vel hẽdi dicat, Damno te illum ære alieno liberare, ut j. eo. §. sed & tale. Item si sic dicat, Sinito illum habere talem rẽ. [*] Itẽ si dicat vni hẽdũ, pcipito rem illam, i. ante partem capito: vt ff. eo. l. si a pluribus in prin. ibi, præcipere iubeatur. Acc.

[b] Ex constitutionibus. Quas non habemus. Acc.

[c] Sublata est. Scilicet dudum retro. Accur.

[d] Constitutio Quæ est C. commu. de leg. l. 1.

[e] Lucubratione. Id est, vigilantia, maximè nocturna. nam secundum Philos. Luna dicitur habere radios lugubres, sed Sol claros: sic in Authen. vt iudi. sine quoquo supra. in Prin. col. 2.

[f] Voluntatis. Interdum non est voluntas validior scriptura. vt ff. de vsu. l. si alij. ‡ & ff. de sup. leg. l. Labeo. Et facit ad hoc, qđ in tex. dĩ. s ꝙ voluntas sit validior scriptura, qđ est verum: vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. & de le. 1. l. 4. fm Io. & hoc nisi sit impossibilia vel probrosa: vt j. e. §. fin. vel inepta: vt ff. eo. l. seruo alieno. §. fi.

[g] Validiores. Quã sint verba solennia, vel quã sit scriptura. Accursius.

[h] Omnibus legatis. Id est, omni genere legatorum.

[i] Vna sit natura. Quãtum ad hoc, vt debeantur: sunt tñ quædam fauorabiliora alijs: vt j. de obli. q̃ ex quasi contra. §. fi.

[k] Quibuscumque verbis. Aptis tñ ad hoc. sic ff. de consti. pecu. l. qui autẽ. in fi. & ibi in gloss. fi. & l. seq.

ADDITIO. Nota, ꝙ lex gñaliter loquens recipit restrictionẽ de habilitate. concordat, gl. 1. l. 1. §. nunciatio. & ibi docto. ff. de noui ope. nunci. & in l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mun & honc. & Bat. latè in l. omnes populi. ff. de iusti & iure. Ang.

[l] Per actiones personales. Scilicet ex testamento.

[m] Per in rem. id est per rei vendicationem. nam recta via transit dominium in legatarium rei legatæ. vt ff. de fur. l. à Titio. Accur.

ADDITIO. Id est, sicl è à morte testatoris, & verè ab ab adita hæreditate, reuocabiliter tñ. hæc vera, qñ purè legat res testatoris, & legatarius nõ repudiat. Et tũc fructus post mortẽ ante aditionẽ, post moram in adeũdi, ab hærede pcepti, demũ facta aditione debẽt legatario restitui. Si verò lege res hęredis, nullo modo transit dominium, nisi facta traditione.

[n] Per hypothecariam. ‡ Scilicet in rebus alijs, quę fuerunt defuncti. Et no. ꝙ si legatum sit in specie, & sit res testatoris: competunt illæ tres actiones. Si in gñe, vt seruus, competũt duæ. s. testamenti, & hypothecæ. sed in casu tñ vna actio. s. ex testõ. & vna exceptio competit: vt si lego debitori liberationem: vt ff. de li. leg. l. quod mihi. & ff. vt in pos. leg. l. 1. §. si debitori. Si aũt sit res aliena, duæ tñ competunt s. personalis & hypothecaria: vt C. comm. de leg. l. 1. Non tñ omnibus aget, i. actione in rem. & ex testõ: sed vna quam elegerit: vt ff. de leg. 2. l. cum filius. §. varijs. Sed si legatarius sit dominus, qualiter psonali aget? vt j. de act. §. sic itaque. Respon. ratione possessionis: vt ff. de condi. tri. l. 2.

ADDITIO Et sic ex testõ agitur ad pstandũ, seu tradendum, non autem ad dandum. Vel dic ꝙ §. sic itaque. loquitur in vero dño facto per traditionẽ de iure communi, hic verò de iure speciali sine traditione. igitur nõ est mirum si datur concursus, vt l. in rebus C. de iure do. secundum doct.

[o] Perpensum. Id est, deliberatum.

‡ Et hæc adducunt ad q̃stionẽ, si testator dicat, dono Titio fundũ pñti, & recipienti, an cẽseat legatũ, vł donatio: vt p totã. Fa. & Angel.

[a] Hæc verba, ab hærede pstãda, videntur esse ascititia, temerè, ab aliquo adsuta: nec ea Modest. hẽt in l. legatũ ff. de le. ij. quo ex loco definitio hæc sumpta ẽ, nec ea hic adiecit Theophil' græcarũ institutionum author.

† Id est obligationẽ, vel cõdẽnationẽ in pœnam: ut si hĩs meus Titiã duxerit vxorẽ, in dãnũ ei' cẽtum lego Ægi. Per.

† Id est, antecaptionem. Ægi. Per.

[*] Et si testã esset apud eum cni legat, & testatos iubeat apud eũ manere. Ægi. P.

[f] Nõ ob. hæc lex si alij. qa videi solũ ꝯdicere. qa ibi attẽdit scriptura: qa voluntas testatoris erat ambigua. Cæterũ si eius fuisset clara volũtas ab ea non recederet, imò obseruaretur scriptura, relicta iterptatine: vt l. cũ mater. C. de fideicõ. & hic. Ias.

† Cõcor. c. Raynutius. in gl. sup. versi. dote. post med. ex. de testa.

‡ Hæc gl. diuidit in quatuor partes. in prima declarando textũ, remonet quoddã ꝯtriũ tacitũ. In secũda p modũ notabilis remonet aliud ꝯtriũ. In tertia remouet aliud ꝯtrium. In quarta & vltima p modum q̃onis remouet aliud ꝯtriũ. Secunda ibi. & no. tertia ibi. nõ tñ omnib quater ibi, sed si legatarius. Ias.

Sed

Sed non vſque ad eam [a] conſtitutionem ſtandũ eſſe exiſtimauimus. Cum enim antiquitatem inuenimus legata quidem ſtrictè [b] concludentem, fideicommiſsis autem, quę ex voluntate magis [c] deſcendebãt defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſsis exęquare, [d] vt nulla ſit inter ea differentia, ſed quod deeſt [e] legatis, hoc repleatur ex natura fideicõmiſſorum, & ſi quid amplius [f] eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis [g] permiſtim de his exponendo ſtudioſis adoleſcẽtibus quandam introducamus difficultatem: operæprecium eſſe duximus, [h] interim [i] ſeparatim prius de legatis, [k] & poſtea de fideicommiſsis [l] tractare: ut natura utriuſque† iuris cognita, [m] facilè poſsint permiſtionem eorum eruditi [n] ſubtilioribus auribus accipere.

*Etiam res aliena poteſt legari. & hęres tenetur eã redimere ſi põt, & ſoluere, aliàs tenetur ęſtimationem præſtare. Et hoc verum, ſi teſtator ſcit eſſe rem alienam: & agenti incumbit onus probandi. Aret.*

Non ſolum† aũt teſta-

¶ Sed non uſque. CASVS. Dñe, Iam uideo, ꝙ feciſtis ſatis utilem conſtitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem conſtitutione ſatis diligenter legatariis prouiſum eſt: vnde videtur mihi ꝙ illa conſtitutio poſſit ſufficere. Sed ad hoc reſpon. Amice, certè minime bene uidetur ſufficere. Non. n. prædicta conſtõne contẽti ſumus. Inuenim⁹ enim, ꝙ antiquitas ſtricto iure concludebat legata, & fideicommiſſis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, neceſſarium duximus oĩa legata omnibus fideicommiſſis penitus exæquare, ut de cætero inter ea nulla ſit differẽtia. Statuimus enim eadem cõſtõne, ut qđ hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicommiſſorum impleatur. ſi quid amplius ẽt fuit in legatis, hoc fideicõmiſſis accedat, & ꝑ hoc fideicom. & legata per noſtram conſtitutionem exæquata ſunt. Vnde dixi, Quare igitur coniunctim non tractatis de legatis, & fideic. Ad hoc reſpon. Amice, ad hoc optima ratio nos induxit ut diuiſim de illis tractare debeamus. Ne. n. in his primis legum cunabulis coniunctim de lega. & fidei. tractando, adoleſcentib. ſtudioſis difficultatem introducamus, utile nobis uiſum eſt ſeparatim primo de legat. & poſtea de fideicom. animos informare, ut ita natura utriuſque iuris per ſe cognita, facilè poſſint iuuenes de utriuſque natura erudiri, & ꝑmiſſionẽ eorundem ſubtiliorem aurib. intelligere. Et hæc dicuntur uſque ad illum §. non ſolum: Franc.

[a] Sed non uſq; ad eam. Id eſt non ſumus contenti. ſ. dicta conſtitutione: imo & aliam fecimus circa iſtã, & eandem materiam, ut C. commu. de leg. l. 2. Prima tamen remouet differentiam quatuor generũ leg. ſ. in quo erat differentia inter ſe. Secunda uerò remouet differentiam inter leg. & fideicom. Accur.

[b] Strictè. Id eſt, ſtricto iure: ſic ut ex teſtamento tantum debeantur, ut j. de fideicom. hære. §. præterea.

[c] Magis. Scilicet quam legata, ut ab inteſtato etiam debeantur, ut j. de fideicomm § præterea. Vel dic ex uoluntate magis ꝗ̃ ex ſolennitate teſtamenti. Ac.

[d] Exæquare. Quantum ad finem, & tractatum, non quantum ad uerba. nam non dicitur hodie legataria libertas, & hæreditas: licet fideicommiſſaria appelletur. Item ꝑ legatum non cogitur quis adire, ſed ꝑ fideicom. uniuerſale ſic, [a] ut j. ad leg. Falc. §. quantitas, verſ. ex diuerſo, & ad Treb. l. quia poterat, & j. de fideicom. hære. §. ergo, uerſic. ſed ſi recuſet.

[e] Sed quod deeſt. In tribus enim deeſt, ut j. e. §. poſt mortem, & j. de fideicom. hære. § præterea, & j. de ſing. reb. per fideicom. rel. in princ.

[f] Amplius. Scilicet ut ex neceſſitate dentur, qđ non erat in fideicommiſſis, ut j. de fideic. hær. in princ.

[g] In primis legum cunabulis. Id eſt, hoc uolumine: ut ſ. in proœm. circa medium.

[a] Intellige iſtam adęquationẽ procedere in legatis particularib⁹ quo ad particularia: & in vl'ibus quò ad vſia, & nõ alr. vt ꝑ Doc. hic, & in l. 1. ff. de leg. 1.

[h] Operæprecium eſſe duximus. Id eſt, pulchrum putauimus, & utile, ut dicitur in Saluſtio.

[i] Interim. Id eſt, ante, quam ueniamus ad illã conſtitutionem, ubi tractantur communia eorum.

[k] De legatis. Vt hoc titulo, & duobus ſequentibus.

[l] De fideicommiſſis. Vt j. de fideicommiſ. hære. & alio ibi proximo titulo.

[m] Cognita. Id eſt, ſeparatim.

[n] Eruditi. Sic ſ. de iuſt. & iur. §. his igitur generaliter.

¶ Non ſolum. CASVS. Dñe, Iam video quid eſt legatum, & quot erant olim gña legatorũ, & qualiter authoritate noſtræ conſtitutionis natura legatorum, & fideicommiſſorum exæquata eſt, & quæ rõ uos induxit ad ſeparatim tractandum primo de legatis, & poſtea de fideicommiſſis. pro Deo dicatis modo mihi, ſi placet, quæ res legari poſſunt? Ad hoc rñ. Amice, non ſolũ res teſtatoris, uel hæredis legari põt, ſed etiam aliena. Sed in hoc caſu, qñ teſtator rem alienam legat, hęres eius compellitur rem legatã redimere à dño rei. ſi emere põt. Si enim nullo modo vel pro nõ certo precio redimere põt: ad eius ęſtimationem tenetur. & hoc verum eſt, ſi talis eſt res, cuius commercium haberi poſſit. Si eñ res legata ſit talis, ꝙ ſuper ea contrahere non licet: tunc nec ipſa res, nec eius æſtimatio debetur: velut, ſi teſtator alicui legauerit campum Martium, vel baſilicas, vel tẽpla, vel ea quę ſunt publico vſui deſtinata. Nam in his caſib. legatum nullius momenti eſt. Sed qđ diximus generaliter alienam rem legari poſſe, hoc ita intelligendum eſt. ſ. ſi teſtator qñ legauit, ſciebat rem alienam eſſe: non aũt ſi ignorabat alienam eſſe: q̃a tunc forſitan ſi ſciuiſſet eam alienam eſſe, nõ legaſſet: & ita oĩa hæc diuus Pius reſcripſit. Sed pone caſum. Quidam legauit Petro rem alienam: vnde mortuo teſtatore, Pe. illud legatum petebat ab hęrede. Hęres autẽ ex diuerſo ad ſui defenſionem allegabat teſtatorem ignoraſſe illam rem eſſe alienam, & idcirco dicebat ſe non teneri ad huius legati præſtationem. Legatarius uerò in ꝯ̃trarium aſſerebat teſtatorem ſciuiſſe rem alienam, & ita dicebat legatum ualere, unde magna fuit diſcordia inter hęredem, & legatarium ſuper iſto legato. Pro Deo Dñe dicatis mihi, q̃d iuris eſt in caſu iſto, uidelicet, utrum legatarius debeat probare teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe, uel hæres debeat probare teſtatorem ignoraſſe? Ad hoc reſpondet: Amice, in hoc caſu uerius eſt ipſum legatarium oportere probare ſñiam teſtatoris: Non aũt oportet hæredem probare ipſius ignorantiam, & hoc ꝑ illam regulam generalem, qua cauetur, quòd ſemper neceſſitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cum legatarius in hoc caſu agat ad legatum ſibi relictum præſtandum, merito onus probandi ei dẽt incumbere. Et non ſolum in caſu iſto prædicto locum habet hæc diſtinctio, ſed etiam in alio

† Scilicet legati & fideicom. Ægi. Per

† Cõcor. cũ hoc §. e. filius cũ gl. 2. extra de teſt.

casu: ueluti, si testator legauit rem creditori suo obligatam. Nam in hoc casu idem placet, quod in superiori sit: ut videlicet ita demum necesse habeat hæres eã à creditore luere, si testator sciebat rē esse obligatã: & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt. & hoc est uerum, nisi appareat de cõtraria uoluntate testatoris. Nã si testator voluerit legatariũ luere, & hoc in testamento, & codicillis expressit: quãuis testator sciebat rem obligatam, hæres tamē in hoc casu eam luere nõ debet. Et hæc dicũtur usque ad illum § si res aliena. Fran.

toris vel hæredis a res, sed et † aliena b legari pôt: ita vt hæres cogatur redimere c eam, & præstare, vel si eam non potest redimere, d æstimationem eius dare. Sed si talis sit res, cuius commerciũ non est, e vel adipisci f non pôt: nec g æstimō eius dētur: veluti, si quis campum Martium, vel basilicas, h † vel templa, vel quæ publico vsui destinata sunt, i legauerit. nam nullius momenti tale legatum est. Quòd autē diximus alienam rē posse legari: ita intelligendú est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat, k forsitan.n. si sciuisset l alienam rem esse, nõ legasset, & ita diuus Pius rescripsit.

*Annotato, ignorantiam in dubio præsumi: idcirco sciam asserēs onere pbādi grauatur.*

Et verius est m ipsum qui agit, i. legatariũ, probare oportere, sciuisse alienam rem legare defunctum: non hęredē probare oportere ignorasse alienam, quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. n

*Rei hypothecatæ, quam testator cuipiam sciens prudensque legauerat, luitio ad heredem spectat: nisi aliud sensisse testatorem appareat.*

Sed & si • rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse hē. hæres eā luere. o Et in hoc quoq; casu idem placet, quod in re aliena, vt ita demũ luere necesse habeat hæres, si sciebat defunctus rē obligatam esse, & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt. Si tñ defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet hæres eam luere.

*Legatarius rei sibi legatæ dominus ex cā lucratiua nactus, legatū nequaquam petere*

r Hæredis. Et in his nihil refert: an scierit hoc defunctus, an ignorauerit: ut j. e. § si quis rem suam. & ff. de leg. a l. vnum ex familia. § si rem tuã. Idem de re cõmuni legata, secundũ Io. ut ff. eod. l. v. §. 1. & ij. sed certè ibi non ualet legatum, nisi pro ea parte, p qua non est error.

ADDITIO. Idē si alicui rē communem simpliciter legaret: qa non valeret, nisi pro parte sua. Et est ratio: qa cum pro illa parte legatũ sit utile, maior ratio facit ut ad eam referatur. non sic in re penitus aliena. Io. Fab.

b Aliena. Etiam hostium: ut ff. e. t. l. ab omnibus. § etiam. secundum Ioan item ab hostibus capta: ut ff. e. t. l. seruus ab hostibus & l. id quod.

c Cogatur redimere. Speciale propter præceptum testatoris: sic ff. com. diui. l. cõmuni diuidundo §. fi. Regulariter contra. ut C. de contrah. empt. l. inuitũ.

d Non potest redimere. Vllo modo. quia non uult uēdere: uel, si uult, tamen nimium petit p'o precio: ff. eo. l. non dubium. §. fi. & de legat. 1. l. idem Iulianus consulit.

e Commercium non est. Id est, non potest super ea re contractus haberi.

f Adipisci. Passiue accipitur. i. acquiri, uel haberi.

g Nec æstimatio. Si apud nullum est cõmerciũ, uel aliã est, sed cum grandi difficultate, nõ ualet legatũ: ut hic, & ff. eod. l. idem Iulianus. §. fi. nisi testator uoluerit contrariũ manifestè: ut ff. eo. j. l. si quis inquilinos. ad fi tit. & ibi gl. 3. & nisi in alio casu: ut si liber homo sibi legetur, qui fuerat redemptus ab hostibus quo casu à pignore eximitur: ut ff. eo. l. senatus. 1. §. fi. Si autem cõmerciũ • est in cõmuni, sed nõ est ei, à quo relinquitur: valet vt ipsum detur, vel eius æstimatio: vt ff. e. a. l. mortuo boue. §. Labeo. 2. respõ. & sic intelligitur ff. de leg. 1. l. sed si res. Si autem tantũ ei nõ est, cui præstari debet: si propter suum delictũ, vel sectæ diuersitatē, vt in Iudæo, & mancipio Christiano: ut C. ne Iud. Christia. mã. l. 1. nõ ualet nec æstimatio datur: ut ff. de leg. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. 3. respon. & de uer. ob. l. multum interest. Si propter status cõditionē, uel corporis uitiũ ut quia seruo militia, uel cõtracto legetur impēdium cursoris. si testator scit uitiũ inesse, datur æstimatio: aliàs non: ut ff. de leg. 3. l. fideicō. § si seruo alieno. & ff eodem. l. filiusfamiliàs. §. si quid alicui. Accur.

ADDITI. Vide. gl. fere similē. ff. e. l. sed si res aliena. facit gloss. in l. multum. ff. de uer. obligation.

h Basilicas. Basilica Græcè. Latinè regia domus dicitur. Accur.

i Destinata sunt. Vt uia publica.

k Ignorabat. Quæ ignorantia nocet. nisi coniunctæ personæ sit relictum, ut C. eo. l. cum rem alienam, & nisi cũ relinquitur libertas seruo alieno ut ff. de fideicō liber. l. Paulus. t. responso. Quid si res legata fuerit euicta? Resp. si in specie, non teneri debet hæres de euictione: ut C. de euictio. l. hæres & ff. de legatis. primo l. si à substituto, § hæres. a Si in genere, siue extra iudicium, siue in iudicio tradita fuerit legatariũ nõ stipulãti de euictione aget: ac si nihil sibi datum esset si est extraneus. s. ille legatarius: vt ff. de leg. 1. l. si domus. §. 1. & l. non quocumque, & de lega. 3. l. qui concubinam. §. si hæres. & de euict. l. hęres. Si de coniunctis est legatarius, vt si vni de fratribus est prælegatum, nõ agit ne crescat inuidia inter eos: vt C. de bo. quæ l. l. si cum oportet. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. euictis. Sed quando omnibus est prælegatum, omnes agunt: siue distributio prælegatorum sit per iudicem facta. siue per partes. Si autem a testatore, excipiendo seruant, non agendo: vt C. communia vtriusque iud. l. si fratres. & ff. de leg. 2. l. cum pater §. euictis.

l Sciuisset. In eo casu quo ignorauit.

m Et verius est. Vt ff. de proba. l. verius. C. de rei vēdi. l. fi. & ibi gl. fi. & C. de edendo. l. qui accusare voluit. C. de excep. l. si quidē. j. de interd. §. commodũ. C. de act. & obli. l. negantes. & C. de prob. l. actor.

n Qui agit. Nisi qui negat, neget ius, & nisi præsumeret ius pro actore tūc enim probat reus negãs: vt ff. de pbatio. l. ab ea parte & ff. de donat. inter vir. & vxorem. l. Quintus.

o Luere. Tribus casibus luit hæres, Si sciebat testator rem esse obligatam, vt hic. Item si ignorabat, sed relinquit cõiunctæ personæ, vt C. de fideicom. l. prædia. vel pro tanto res erat obligata, quantũ valet vel pro maiori summa: vt de leg. 1. l. si res obligata. §. 1.

Addi-

Qui scit esse alienã, & de qua est cõmercium. Ægi. Pet.

• Aliàs, nec ipsa, nec estimatio &c.

† Basilicas vocabant veteres locos publicos & quasi regias aulas in qb' iudicia exercebãt & uenalia olã pponebãtur. Eas ita ædificari debuisse scribit Vitruuius vel superiore pte iudicia, l inferiore negotia tractarẽt. Fran. Bal. hic.

Siue quis fuerit, siue nunq̃ dũmodo leget sub cõditione si nostra efficiat, nel sit spes q efficiat, aliàs secus. Io. Fab. & Ang.

Legatũ rei, cuius commerciũ nõ ẽ, an valeat.

• Cõmerciũ dr, de re, qñ est in dñio alicuius, cõis & pt subijci dñio alterius priuati. Ægid. Per.

Basilica.

• Aliàs, rē suã obligatam.

Legatũ si euincatur, an hæres defuncti teneatur.

Nisi sciẽs alienã: vel cõiunctę personæ legasset sm Io. Fab. hic, sed sm An. tunc debet pea viã retentionis, nõ actiõis si sit hæres, & cohęredibus ẽt fuerit p legatũ, ut hic in fin. gl. de qua materia vide plenius Ange. hic.

Legata res obligata p hære dē in trib' casibus est luēda.

ADDITIO. Not. ꝙ qñ teſtator legat rem pignoratam, obligatam pro tanto, uel pluri quàm ualebat: ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit obligatã: tenetur hæres luere. Nam ſi teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tñ dubium facit: quia quãdo obligatur res ꝓ tãto, uel pluri quam ualeat, uſ res ipſa haberi ꝓ alienata, facit quod no. gl. in l. qui habebat. ff. de legat. 3. Sed qñ legatur extraneo res aliena ignoranter, nõ tenet hæres luere, ergo nec hoc caſu, & hãc tenuit Rapha. ſed hæc eſt cõmunior. Iaſon. Ad uerte diligentes, ꝙ luo, eſt uerbum æquiuocum ad quatuor, uno modo ſignificat redimere, ſiue liberare: ut luo pignus ære: & ſic accipitur hic. Secũdo modo eſt ſuſtinere ſiue pati, uel punire, ut fur luit pœnas. & crux luit mala, id eſt, punit. Tertio modo eſt purgare, uel expellere: ut lux luit tenebras. Quarto modo pertinet ad actum uenereum, cum oues ſunt in ardore coeũdi. Vnde uerſus, Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Dicit & luere, quando fallitur ouis. Vel ſic & breuius, Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pigu⁹, ouẽ, tenebras q́ue. De hoc eſt gl. not. in l. licet certis. C. de locato & conducto.

Luo luis, hēt quatuor ſigni ficata.

*poteſt: diuerſum erit ſi ex onerosa: qui tamen lucratiuo titulo æſtimationem rei adeptus fuit, nõ prohibetur ex alio rem ipſam petere.*

Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore [a] legatarius dñs factus fuerit: ſi quidem ex causa emptionis: ex teſtõ actione pretium conſequi poteſt. [b] Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] ſimili cauſa, agere [d] non põt. Nam traditum [e] eſt, duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, [f] & eundem rẽ [g] concurrere nõ poſſe. [h] Hac ratione [i] ſi ex duob. teſtamentis [k] eadẽ res eidem debeat, intereſt, verũ rẽ, an æſtimationem ex teſtamẽto conſecutus ſit. Nam ſi rem habet, agere non poteſt: [l] quia habet eam ex cauſa lucratiua, ſi æſtimationem, agere poteſt. [m]

*Etiam res futura, quæ tamẽ eſſe ſperatur, legari poteſt. Aret.*

Ea quoq; res, [n] quæ in rerũ natura † non eſt, ſi

¶ Si res aliena. CASVS. Dñe, quidam legauit P. rem alienam: & P. viuente adhuc teſtatore conſecutus fuit dominium illius rei. modo quæro, utrũ mortuo teſtatore P. rõne illius legati, cuius dñium habuit ante mortẽ teſtatoris, aliquid conſequi ab eius hærede poſſit. Ad hoc reſp. Amice, ſi res aliena legata fuerit, & eiuſdem, dñium legatarius uiuo teſtatore ꝯſecutus fuerit: diſtinguẽdum eſt ex qua cauſa legatarius cõſecutus fuerit dominiũ rei legatæ. nam ſi ex cauſa emptionis, uel alia cauſa onerosa dñiũ conſecutus fuerit, nihilo minus actione ex teſta. æſtimationem eiuſdem rei ab hærede teſtatoris cõſeq poterit: ſi uerò ex cauſa donationis, uel ex alia cauſa lucratiua, puta ex cauſa legati in alio teſtamento ſibi relicti factus fuerit dominus rei illius. tunc de cætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc pp regulã iuris gñalem, qua cauetur duas lucratiuas cauſas in eundẽ hominem, & in eandem rẽ non poſſe directè cõcurrere. Et eadem ratione ſi ex duorum teſtamentis eadem res alicui legatario debeatur· multũ refert, utrum legatarius rem, an æſtimationem ex teſtamento unius ꝯſecutus ſit. nã ſi ipam rẽ habeat: aduerſus hæredem alterius agere non poterit: cũ ex cauſa lucratiua iam ipſam rẽ habeat. Si uerò æſtimationẽ illius rei cõſecutus prius fuerit: nihilo minus ab hærede alterius ipſam rem ꝯſequi poterit. Et hæc dicuntur uſque ad illum §. ea quoque res. Fran.

a Viuo teſtatore. Idem eſt, & ſi poſt mortem: ut ĩ. §. ſi cui.

b Conſequi põt. Not. cautè ponit, conſequi. nã precium petere non põt, ſed rem, quæ tantũ eſt in obligatione, ſecundum nos: æſtimatio tñ datur pp defectum: vt ff. de verb. obl. l. ſi ſeruum, § effectus. Sed cõtra nos eſt ff. de leg. 3. l. ſi res mihi. Reſpon. ibi, propter defectum iuris petendi, ex præſumpta uolũtate defuncti rẽ legatam legatarius amiſit: ſed hic nõ ex uoluntate defuncti amiſit emẽdo. Quidam tñ dicũt æſtimationẽ eſſe in obl'one: ut ff. de cõdi. furt. l. in re furtiua. in prin. ibi ſed utrũ in ſi. Et not. quatuor caſus qb. peto id quod habeo. Primus eſt ubi res mihi data põt auferri: ut ff. de ſol. l. ſi rem. & l qui res. 1. reſp. Itẽ ſi habeo ex alia cauſa, quam debeã habere: quia nõ uideor habere, cũ precium abſit: ut hic. Itẽ ſi aliquid iuris rei deeſt, id adhuc tradendum eſt: ut ff. de ſo. l. etiam, & de uerbo. obli. l. Iulianus. §. ſi. Item ſi res deterior ẽ dolo dãtis: ex cauſa ſtricti iuris dať de dolo, licet habeat rem: ut ff. de dolo l. & eleganter. §. non ſolũ. ſed ĩ bonę fidei agitur ex primo ꝯtu. ut ff. commo. l. 2. §. ſi reddit.

[g] Quæ leges nõ faciũt ad ꝓpoſitum: q̃a cũ res ſit euicta, nõ põt dici ꝙ eam hẽat, & petat: ſed facit ff. de le. 1. l. non quocumq; in prĩc. Eſt & ali⁹ caſus quãdo res traditur, forma tñ mutata: vt l. mulieris. §. res abeſſe. ff. de uerb. ſig. ſm Ioan. Fab.

c Ex alia. Vt legati: ut ff. man. l. ſi hæreditatem uel dotis promiſſione: ut ff. de acti. & obli. l. ex promiſſione. Accur.

d Agere. Etiam ſi ſua poſtea eſſe deſinit: vt ff. de le. 2. l. Mæuius. §. duobus.

e Traditum. A iure: ut ff. de acti. & obli. l. omnes. & ff. de le. 1. l. ſi ſeruus legatus Stichum. Acc.

f In eundem hominem ff. e. l. ſi ſeruus. §. 1. ꝯ. Sol. ibi per obliquum concurrunt, non directo: vt hic & ar. ff. de vulga. ſubſtit. l. quæ liberis. §. ſi.

† Hue ſpectãt q̃ ſcribit Mã. in 7. q. 3. Regu. nu. 2. & 23.

g Rem. Id eſt, ſpeciem, aliud ſi quantitatem: ut ff. de leg. 2. l. Titia Seio. in prin.

h Non poſſe. Sed cur ſecus qñ emit? Rñ. quia nec rem habere uidetur: cum precium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: vt ff. de peti. hæred. l. ſi rem. & quod metus cauſa. l. uideamus. & l. ſi ipſa.

i Hac ratione. Scilicet ſupra dictæ regulæ.

k Ex duobus teſtamentis. Scilicet duorum hominum, ſi enim unius eſſet, primum, p ſecundum corrigeret: ut ĩ. quib. mod. teſta. infir. §. poſteriore. Quid ſi in eodem bis legauit? Rñ. diſtingue ſpẽm à quantitate: [*] vt ff. de leg. 1. l. planè ubi. §. ſi eadem. uſque ad illum §. ſi coniunctim.

[*] Vt ſcilicet ſpẽa. uř ei⁹ æſtimatio ſemel tñ peti poſſit: quantitas autẽ bis dẽař cui⁹ rei rõnẽ reddit Vlpianus in l. planè §. 1. de leg. 1. qđ eadẽ res ſępius ꝓſtari nõ põt eadẽ aũt sũma uolẽte teſtatore multiplicari põt.

l Agere non poteſt. Vt ff. de leg. l. planè vbi. §. ſi eadem verſi. ſed ſi duorum contra, ut ſequitur ex eodem teſtamento. Sol. illa intelligitur ſecundum huius §. diſtinctionem.

m Agere põt. ff. de leg. 1. l. hmõi. §. 1. ꝯ. Sol. ibi teſtatoris & hæredis teſtantis eſt eadẽ perſona, ut in Authen. de iureiur. à mo. in prin. colla. v. Vel ibi in ſecũdo legato commodũ repræſentationis primi legati relictum uř, ut ĩ. e. §. ex ꝯrio: quia non uidet legari bis in duob. teſtamẽtis: ideo nõ habebit niſi ſemel.

¶ Ea quoq;. CASVS. Dñe, pono, ꝙ aliquis legauit rem, quæ tpe conditi teſtamenti in rerũ natura nõ erat, futura tñ ſperabatur, nunquid ualet legatum. Et rñ. ꝙ ſic. ea. n. res quæ in rerũ natura non eſt, ſi tñ futura ſperetur, rectè legari põt: uelut ſi teſtator legauerit fructus, qui in fundo Sẽproniano nati erũt: uel ſi legauerit, quod ab ancilla natum erit. nam in utroq; caſu valet legatum. Et hæc dicũtur uſque ad illum § ſi eadem res duobus. Franc. de Aret.

n Ea quoque res. Sic ff. de leg. 1. l. quod in rerũ, in princ. & de leg. 3. l. etiam. Acc.

modo futura est, a rectè legatur: veluti fructus, q in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. b

*Eiusdem rei legatum duob. coniunctim, aut separatim factum utriq; accipienti aequis portionib. quaeritur: sin autem alterius portio defecta fuerit, accrescendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.*

Si eadem res duobus c legata sit, siue cõiunctim, d siue disiunctim e si ambo perueniant ad legatum: scinditur f inter eos legatum. † si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore g decesserit, h vel alio quoquo modo defecerit: i totum ad collegatariũ pertinet. Coniunctim k autem legatur, ueluti si quis dicat, Titio, & Seio hominem Stichum do, lego. Disiunctim l ita Titio hominẽ Stichum do, lego, Seio hominem Stichum do, lego. m Sed si expresserit, eundem hominem Stichum, aequè disiunctim n legatum intelligitur.

*Si legati fundi proprietas ad legatarium oneroso titulo peruenerit, vsusfructus verò lucratiuo, proprietatis aestimationem iudicis officio tantum consequetur.*

Si cui fundus alienus

a Futura est. Si aũt nec fuit res, nec est in rerũ natura, nec erit, vt chymera. vel fuit, sed non est, vt homo mortuus, nõ pot legari: vt j. de inu. stip. in prin. Si aũt est dubium, an sit uel non sit in rerum natura: cauet hæres de ꝓsequendo & restituendo: ut ff. de le. 1. l. seruo legato. §. fi. Idem in seruo legato, qui fugerat ante testm̃. aliud in eo, q fugerat post testm̃, q scilicet ẽ periculo legatarij: vt ff. e. tit. l. cũ seruus, & l. si seruus, legatus. 1. resp.

ADDITIO. Die plenius & ordinatius per gl. in d. l. cũ seruus. & ibi Ba. & do. ff. de leg. 1. & p gl. ll. si qs seruo. ff. de leg. 2. & adde qd̃ no. gl. & doc. l. quod legatur. ff. de iud. Ang.

b Natum erit. Et tũc cõpetit sibi ex actio: vt ff. de verb. obli. l. interdũ. 1. rñ.

¶ Si eadẽ res. CASVS. Dñe, quidam legauit eadẽ rem duobus P. & M. ego q̃ro, qd iuris sit in isto casu? Ad hoc resp. Amice, si duobus eadem res legata sit: si diuisim vel coniunctim legetur, si ambo peruenerint ad legatum, diuiditur inter eos legatũ. Si autem alter eorum per modum repudiandi deficiat: vt qa legatum peruenit in casum caduci: vt puta, qa legatarius decesserit viuo testatore: vel si quolibet alio modo deficiat, veluti per mortem ciuilẽ: tunc omnibus his casibus totum legatum ad legatariũ iure accrescendi pertinebit. Sed Domine, iã video, quid iuris est, qñ eadem res legatur duobus siue coniunctim, siue disiunctim: pro Deo dicatis mihi, qñ qs censetur legare coniunctim, & qñ disiunctim? Ad hoc respon. ꝙ coniunctim vr quis legare lo hũc modum: veluti si quis dicat, Titio, & Seio hominem Stichum do, lego. Sed disiunctim videtur qs ita legare. veluti si dicat, Titio Stichum do, lego. Seio Stichum do, lego. nam in hoc casu etiam si expressetit eundẽ hoĩem, s. dicendo sic, Stichum do, lego, nihilo minus eum disiunctim legare intelligitur. Et hæc vsque ad illum §. si cui fundus. Fran. de Are.

c Duobus. Quid si dicat, illi, aut illi lego? Respon. duo rei stipulandi esse videntur: vt ff. de leg. 2. l. si Titio aut Seio. Acc.

d Coniunctim. Scilicet per copulatiuam. coniunctionem: vt ff. de hæred. insti. l. si ita quis hæredes.

e Disiunctim Id est, separatim: vt j. prox. §.

f Scinditur. Vtiliter, nisi simul duo coniuncti essẽt, qui locum unius obtinent: ut ff. de hæredi. instit. l. Titius, & l. interdum. in prin. Acc.

g Viuo testatore. Nam si testatore mortuo legatarius decedat: ad hæredem suum legatum transmittit: vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur.

h Decesserit. Post testamentum tamen: ut differat à sequenti.

i Defecerit. Scilicet legatarius, vt per mortem ciuilem. Vel dic legatum, quod trib. casibus deficit: & accrescit legatario. præter duos, qui ponuntur hic. Primus si nõ est collegatarius in rerũ natura tẽpore testamenti, vt C. de cadu. tollen. § 1. in prin. secũdus si mihi, & posthumo legatur, q abortietur postea: vt ff. e. 1. l. si duobus. §. fi. Tertius si mihi, & hæredi suo legat: vt ff. eo. t. l. planè vbi. §. si duobus. & sic sunt quinque casus. Econtra sunt tres casus, quibus deficit legatum: sed collegatario non accrescit. Primus si mihi, & seruo suo legat. vt ff. eo. t. l. planè vbi. §. si coniunctim. Secũdus si mihi & tibi res tua legatur: vt ff. e. 1. l. huiusmodi. §. si Titio. Tertius si mihi & nõ capaci legatur: vt ff. de legat. 2. l. si Titio.

k Coniunctim. Scilicet re & verbis: vt ff. de leg. 3. l. re coniuncti.

l Disiunctim. Scilicet verbis tãtum. nam re sunt coniũcti.

m Do, lego. Sed nonne dando Seio, adimit Titio: vt ff. de pupil. substit. l. si quis eũ. & de adi. le. l. 3. in prin. & l. sicut? Respon. sic si probatur testatorẽ hoc scilicet adimere Titio, & dare Seio voluisse, non aliàs: vt ff. eo. 1. l. si pluribus. §. 1.

n Disiunctim. Id est verbis tantum, re tñ coniuncti sunt: vt ff. de leg 3. l. re coniuncti. Sũt & alij re & verbis disiuncti, vt si ita dicam, lego Titio dimidiũ serui, Sempronio lego dimidiam eiusdem serui: vt ff. eo. 2. l. & Proculo. Nec obstat in eo. tit. de lega. 2. l. Mæuio. in prin. quia illa intelligitur qñ vnam dimidiam vtriq; legauit. Et in istis non habet locum accessio. i. ius accrescẽdi, vt d. l. & Proculo. sunt etiã re disiuncti, sed verbis ꝯiũcti, vt si dico lego tibi & Sẽpronio pro æquis portionib. Sunt & alij re, & verbis coniuncti, vt s. proxim. Et coniuncti vtroque modo præferuntur disiunctis vtroque, vel altero tantum modo coniunctis. Coniuncti uerò uno modo tãtum, simul admittuntur, scilicet re tantum. Coniuncti cũ verbis tantum, & disiunctis re, & verbis præferũtur: vt ff. de hæredib. instituen. l. si ita quis hæredes, & ff. de leg. 3. l. re coniuncti. §. pen. & §. fin.

ADDITIO. Similem gl. habes in l. 1. §. fin. ff. de vsufruct. accrescendo.

¶ Si cui fundus. CASVS. Dñe, quidam legauit Petro fundũ alienum, postea legatarius, s. P. proprietatem eiusdem fundi emit, vel ex alia causa onerosa deducto vsufructu acquisiuit, procedente tẽpore vsusfructus eiusdem fundi peruenit ad P. per mortẽ, uel capitis diminutionem vsufructuarij, vel ex alia causa lucratiua, vsufructu finito & ad proprietatem reuerso: & ita legatarius fundum in plena ꝓprietate habuit. modo P. nihilo minus agit ex testamento contra hæredem, & petit totum fundum in plena proprietate ab hærede testatoris. modo quæro. vtrũ P. legatarius rectè agere videatur? Et resp. ꝙ sic. Nã si fundus alienus legatus fuerit, & postea legatarius emerit proprietatem eiusdem fundi deducto vsufructu, licet postea vsusfructus ad legatarium ex causa lucratiua peruenerit, tamen ad fundum nihilo minus actione ex testamento rectè agere poterit. & ita Iulianus ait. Contrarium tamen videbatur. nam si legatarius petat fundum in plena proprietate, quæ proprietas

† Inter coniũctos fiunt qui dẽ ab initio partes inter disiunctos aũt partes concursu fiũt. l. planè alij. §. si coniunctim ff. de legat. 1. Porrò qui coniuncti faciãt partes iur. digestorũ vel nõ faciãt, subtiliter admodũ tractat Zasius in intellectib. suis singularibus.

Legatum quinq; casib. deficit & legatario accrescit.

Legatum in trib. casib. deficit. nec legatario accrescit.

Puta qa hoc expssit vt sub cõmemoratione primi legauit secundo, ut fundum quẽ legaui Titio, lego Sempronio. aut hoc fecit ex interuallo sm̃ Io. Fa.

Legatariorũ quidam sunt coniuncti re tm̃, alij re, & verbis. alij prorsus disiuncti.

proprietas constat ex duobus, videlicet ex nuda proprietate, & vsufructu: si legatarius ex cā lucratiua habuit vsumfructum, vī ꝙ fundum in plena ꝓprietate petere non potest Ad istam tacitam obiectionē, quæ fieri posset, respond. Iusti. in litera dicens ꝙ hæc obiectio non obstat:

legatus sit, & emerit [a] proprietatem deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit: [b] & postea ex testamēto agat: rectè eum agere, & fundum [c] petere, [d] Iulianus ait: quia vsusfructus [e] in petitione [f] seruitutis [g] locum obtinet, sed officio iudicis continetur, vt deducto [h] † vsufructu, iubeat æstimationem [i] præstari. [k]

*Legatum rei propria legatarij non valet, etiam si post testamentum sua esse desierit. Aret.*

Sed si rem legatarij qs ei legauerit: inutile est legatum. [l] quia qđ pro-

quia vsusfructus in petitione tali, videlicet quę fit ꝑ actionem ex testō nō obtinet partem dominii, sed uicem seruitutis, & ideo petendo fundū in plena proprietate, non vī petere illā partē rei, quæ sibi obuenerat ex cā lucratiua, s. vsufructu. & hoc est verum de rigore iuris: sed de æquitate ait Iulianus officio iudicis contineri, vt æstima tione vsusfruct. deducta, hæredem ad æstimationem nudæ proprietatis debeat condemnare. & hæc dñr usq; ad illō. §. sed & si rem.

† Id est detracto à proprieta te. sic Pla. deduco pedes delecto. i. de traho, separo. Æg. Pet.

a Emerit. Scilicet legatarius.

b Peruenerit. Scilicet morte usufructuarii, uel capitis diminutione, uel simili causa, lucratiua tamen, ut ī. de usufr. §. finitur. & sic factus est casualis.

c Et fundum. Id est proprietatem plenam de iudicis tamen officio aliter fit, ut ⁊. sequitur.

d Petere. Hic repete, qđ diximus, ī. eo. §. si res. Ac.

e Quia usufructus. Dixit fundum peti, & sic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas constat ex duobus. s. ex nuda proprietate, & usufructu. & iam habes partem. I. usumfructum ex cā lucratiua, qūo ergo petitur fundus in plena proprietate? Rñd. usufructus hoc casu cum fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partem dominij, sed uicem seruitutis prædialis, quæ non est pars rei, cum non possit esse sine re, & ideo non uidetur peti ea pars rei, quæ obuenit ex cā lucratiua, s. vsufruct. & hoc de rigore: sed contra de æquitate, ut subiicit.

Vsusfructus an sit pars dominii.

f In petitione. Scilicet tali. I. prędicta fundi per actionem ex testō, aliàs in multis locum dñii habet, ut ff. de dam. infect. l. qui bona. §. & superficiarium. & ff. de bo. aut. ind. pos. l. in uenditione in prin. & ff fam. ercisc. l. & puto. §. 2. & ff. de usufruct. l. 3. & 5.

Vsusfructus I multis locum dominij habet.

ADDITIO. Dic ꝙ non est pars dominii prædicatiua, seu subiectiua, ut posita specie ponatur genus: sed est pars integralis, quia fructus iuncti cum proprietate faciunt plenum dominium, ut per glo. in l. rectè dicimus. ff. de verb. sign. Ang.

g Seruitutis. Scilicet realis.

h Deducto usufruct. Id est æstimatione usufructus. quem scilicet vsumfructum ex causa lucratiua habet. ideo non debet plus habere. & ī. eo. si res.

i Æstimationem. Scilicet proprietatis.

k Præstari. Scilicet ab hærede suo.

¶ Sed si rem. CASVS Domine quidam legauit P. fundum ipsius P. modo quæro à nobis utrum ualeat? Et respond ꝙ non. Nam licet ī. dictum sit alienā rem legari posse: si tamen aliquis rem propriam ipsius legatarii ei legauerit: inutile est legatum. & hoc ideo, quia illud ꝙ proprium est ipsius legatarii, amplius eius fieri non potest. & in hoc casu iterum inutile est legatum, & nullius est momenti, quia nec ipsa res nec æstimatio debetur. Sed po. Quidam testator rem suam propriam credens esse alienam rem,

prium est ipsius, amplius eius fieri non potest. [m]

† Et licet alienauerit [n] eam, non debetur, nec ipsa res, nec æstimatio eius.

*Valet legatū rei testantis, licet testator putauerit alienā.*

Si quis rem suam quasi alienam [o] legauerit, valet legatum. Nam plus valet, quod in veritate est, quàm quod in opinione. [p]

† Sed & si legatarij esse putauit, valere constat, quia exitum [q] voluntas defuncti habere potest.

*Ita demum rei legata alienatio, aut pignoris datio legatum adimit, si testatorem adimendi animo alienasse constet.*

Si rem suam legauerit

quasi alienam legauit Pe. ergo quæro vtrum ualeat? Respon. Iusti. quòd sic, dicens ita. Si quis rem suam quasi alienam legauit, in hoc casu bene ualet legatum. nam plus valet quod est in ueritate, quam quod est in opinione. Sed domine ponamus ꝙ testator putans rem suam esse legatarii, legauit; nunquid ualet tale legatum? Respond. ꝙ sic. In hoc enim casu legatum ualere constat, quia uoluntas testatoris uolentis huiusmodi rem acquiri legatario, exitum habere potest. Et hæc dicuntur usque ad §. si rē suam. Franc.

† Hic locus Itelligēdus est ꝗ re, cuius legatarius plenū, ac firmū dñium hēt vt nec incrementū recipiat, & nullo mō ab eo auelli possit, aīs nō inutiliter legaret, ꝑ l. nō quocūq;. ff. de legat. 1. Et cōcor. cū hoc. §. tex. in ca. inter dilectos. ante fi. cum gl. sup uerb, qđ meū. ex. de fide instr.

l Legatum. Vt ff. de lib. leg. l. 1. contra. Sol. ibi liberatio relinquitur, quæ nō erat debitoris.

m Non potest. Sic ⁊. de actio. §. sic itaque. ff. de leg. 3. l cum quis. 1. respond. & ff. de exceptio. rei iudi. l. & an eadem. § actiones, & de acquiren. possess. l. 3. §. ex pluribus. Accur.

n Alienauerit ff. de reg Cato. l. 1. in si contra. Sol. secundum B. ibi viuo testatore alienauit, hic postea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, secundum Io. arg ff. eo l. cætera. §. 1.

o Quasi alienam. Id est credens alienam.

p In opinione. Not. sic. ff. de mand. uind. l. si pater. §. quoties. ibi, plus est enim. & ff. de iur. & fact. ign. l. regula. §. qui ignorauit. arg. contra. ff. de acq hære. l. is qui putat Sol. ibi de re, quæ consistit in animo.

q Exitum. i. effectum: ut ff. quemad. test. ape. l. uel negare. ibi, publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere, id est res talis legatario acquiri potest.

† Qñ dicatur pl' cē id qđ i veritate, ē ꝗ qđ in opinione aut ꝗ pl' esse qđ in opinione ē quā qđ ī veritate, pulchre explicat hoc loco Frā Bald. vide ēt in eā rē Æml. Ferre. hic. Et oīno Lap. ī pul cherrima alleg. 39. ver. venio ad fin n. 9. cū pluribus seq. & Mā. in Apost. ad eūdē Lap. Hæc rīsio nō est bona, qa quātū ad conualescentiā legati nihil refert an viuo testatore rē sibi legatā propriam

¶ Si rem suam. CASVS. Quidam legauit P. fundum: postea idem testator eundem fundum uendidit M. quæro utrum ualeat legatum: an uerò uideatur ademptum per alienationem factam à testatore? Respon. Iustin. quod in hoc casu sententia Celsi tenenda est. Celsus enim in hoc casu existimat. si testator non adimendi animo fundum legatū uendidit, nihilo minus etiam post alienationem deberi legatum. & hoc idem diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, & iidem principes in quodam alio casu idē iura statuerunt: videlicet in tali casu. Quidam fecit testamentum, & in testō suo quędam prædia legauit Pet. & postea eadem prædia Pet. legata pignori obligauit. Nam rectè in hoc casu rescripserunt testatorē obligando prędia legata, legatum non uideri ademisse, & ideo legatarius cū hærede experiri poterit actione ex testō, ut prædia à creditore luantur. Et quod dixit supra quando testator totam rem legatā alienauit, idē iuris est, & si partē rei legatæ alienauerit. nā in parte non alienata ita demū ualet legatū, si te-

 stator

alienauesit, an uerò post eius mortē, ut l. cætera. §. t. ff. de leg. 1.

stator non adimendi animo eam alienauerit. Et hęc dīt vsque ad illum, §. si quis debitori suo. Fran.
a Alienauerit. Vedendo, sed donando indistinctē vē adimere: nec distinguitur, an ualeat donō, vel non: & et si reuocetur, ut ff. de adi. leg. l. cum seruus: & l. rem legatam. & l. legatum sub conditione. §. t. si ex alia cā à donatione, distingue animum, ut hic, & in dubio probat hæres mutatam volūtatem, ut ff. de lega. 3 l. fideicōmissa. §. si rem, & ff. eo. a. l. Lucius. §. pe. ibi, nisi hæres, & ff. de prob. l. enim qui.
b Non adimendi animo. Qui animus ex hoc probatur, qa si necessitate rei familiaris, non vē reuocasse: alias sic. § distinctio in donatione non cadit, ut ff. de adim. leg. l. tē legatam & no. C. e.
c Deberi. C. rē legatario, arg. ī. e. §. non solum. uoi ab initio fuit alienata.
d Idemque. Scilicet iuris esse.
e Idem. Scilicet Imperatores Seuerus, & Antoninus.
f Pignori dedit. Quid si rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid ualet legatum? Respon. sic, & nihilo minus poterit petere debitum, nisi uoluntas testatoris ostendatur uolentis compensare, ut ff. de leg. 2. l. creditorem. Accur.
g Non uidesi. Nisi sub dicta constitutione, i. an habuit animum adimendi, vel non. Vel dic nullo modo, ut hic, & C. eod. l. qui post, & hoc quia primo nahuit rehctum, aliàs contra, ut C. de do. inter uir. & uxo. l. si maritus. ij. & ff. de do. inter uir. & uxo. l. cum hic status. §. si maritus, & ibi in gl. a.
h Si uerò. Nota de toto ad partem.
i Quis. Scilicet, testator.

† Ex hoc §. no. do. q si feudatarius feudi par tē dño nō rogato alienet, q duntaxat, parte priuetur, qđ nō placet Iacob. de Aret. si q. dē p 3ue. tionem in parte à to to feudo is cadat p l. si qs ingrati. §. si quis ignorans. uer. fin aut. ff. ad Velleia. & l. si pars. ff. de le. s. at hoc plenius uide bis p Bal. & Iac. Alua. in uū. feu.

testator, posteaq; eā alienauerit: ^a Celsus putat, si non adimendi animo ^b vēdidit, nihilo minus deberi, ^c idemq; ^d diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Iidem ^e rescripserunt, eum, qui post testm̄ factum prædia, quę legata erant, pignori dedit, ^f ademisse legatum non videri: ^g & ideo legatarium cū hærede eius agere posse, vt prędia à creditore luantur. Si † verò ^h quis ^i partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non est alienata, omnino debetur, pars autem alienata ita debetur, si nō adimendi aīo alienata sit.

*Liberationis legatum, tutū legatarium, eiusq; in posterum iuris successorem, reddit: A creditore, & aduersus creditoris hæredem, vt liber ab obligatione fiat, adquirit.*

Si quis debitori suo liberationem legauerit, ^k legatum vtile est, ^l & neque ab ipso debitore, neque ab hærede eius potest hæres ^m petere, ^n neque ab alio, ^o qui hæredis loco sit, ^p sed & potest à debitore conueniri, vt liberet ^p eū. Potest etiam quis vel ad tempus ^q iubere, ne hæres petat.

*Debitor creditori debitum legando tunc vtiliter legat, cū qualecumq; commodum creditor legato consequitur.*

Ex contrario, si debitor ^r creditori suo ^s quod debet, legauerit: inutile est legatum: si nihil plus est in legato, quàm in debito, quia nihil am-

¶ Si quis debitori. CASVS. Quidam habuit debitorem in c. & in testō suo legauit debitori suo liberationem: modo quęrro, utrum ualeat hmōi legatū? Et rñ. Iudi. q sic. nā si quis debitori suo liberōnē siue quietationē legauit: in hoc casu utile est legatū, & neq ab ipso debitore, neq ab hærede debitoris, uel à quocūq; alio eius successore hæres testatoris aliqđ conseq poterit: sed & debitor cū liberatio legata est cū hǽde testatoris agere poterit, ut eū liberet. At non solū in casu pd.cto ualet legatū, uidelicet, qñ liberatio legata est: sed & si dilatio debiti legata sit. Pōt. n. testator iubere, ne his suis usq; ad aliquod certū tps à debitore petat. Sed licet dixerim tibi ualere legatū liberationis: secus tñ est in casu conuerso. Nā si debitor quod dēt purè creditori suo, eidē legauerit, inutile est legatū, & hoc est uerū, si nihil prius est in legato, quā in debito, qa in hoc casu legatarius nullā uti litatē ex hmōi legato habiturus ē, & hoc est uerū qñ purè debitū legauit. sed si debitor qđ in diē uel sub conditione debet creditori suo purè legauit eidem: in hoc casu utile est legatū, uidelicet pp modū repræ-

† Nisi tanta pecunia eēt pignorata q non sit uerisimile eam redimi, ut l. qui habebat. ff. de leg. 3. Ang.

sentationis: quia illud, quod primo erat in diem, uel sub condōne debitum, per legatum mortuo testatore purificatum est. Sed quid si uiuo testatore dies uenerit, uel condō extiterit: nunquid euanescit legatū, & certè uidebatur q sic, cum debitum per aduentū diei, uel condōnis iam sit effectum purum, & ita nihil amplius est in legato, q in debito. Papinianus tñ in hoc casu scripsit nihilo minus valere legatum, & hoc ideo, qa ab initio tenuit. & certè snia Papiniani è uera. Non. n. placuit nobis snia quorundam existimātiū in hoc casu extinctum esse legatum, quia, in eam cām inciderit à qua incipere non pōt. Et hæc dñr usq; ad illum, § sed si uxori. Casus qui sequuntur plani sunt usq; ad illum § si peculium. Fran. de Are.

g Liberationem legauerit. Quod trib. modis fit. Pr. mus peti nolo, uel quod debet, relinquo, uel actionem remitto, & sic liberandus est legatarius ab omni debito, ut hic, & ff. de libe. leg. l. si quis rationes, & l. Aurelio. i. respon. Secundus est si negotium testatoris gessisset, & testator dixerit, rationes reddere nolo, & hic ab omni debito liberatur, nisi ab eo, quod penes eum sit, & ab eo, quod dolo fecit, vt ff. de lib leg. l. Aurelio. §. si. cum suis concor. Tertius si damnauit hæredē ne exerceat actiones, quo casu si bonam causam hēt testator litis euentus & sumptus ab aduersario facti legati uidentur, ut ff. de libe. lega. l. petitor, si malam causam, nihil uidetur legare, ut in eadem lege.
ADDITIO. Similem glo. habes. in l. Aurelio. ff de libe. lega.
l Vtile est. Licet res sua sibi legari uideatur, ut ff. de libe. lega. l. t. respon. & est hoc uerum, nisi testatore nino exactio fiat, ut j. eo. tit. §. tam autem, & ff. eo. 3. l. fideicommissa. §. si rem. Accur.
m Hæres. Vel hæres hæredis, ut ff. de lib. leg l. 2. in fi.
n Petere. Cum effectu propter exceptionem, ut ff. de lib. leg. l. 4. §. nunc de effectu.
o Hæredis loco sit. Sicut est bonorum possessor, & fideicom. uniuersalis, ut j. de bon. poss. §. quos autē, & de fideicom. hære. §. restituta.
p Vt liberet. Per acceptilationē, si solus est debitor. si habet correum socium. idem, aliàs correus siue socius pacto est liberatus, ut ff. de libe. lega. l. 4. §. nunc de effectu. in fi.
q Ad tpa. Vt ff. de lib. leg. l non solū nostrū. §. 2. Ac.
r Si debitor. Secus si alius, quia si tenetur creditoris plures reos habere, ut ff. de liber. legat. l si quis decedens. § aliàs incipit. Iulianus.
s Creditori suo. Scilicet ciuiliter, & naturaliter, & cum effectu, & purè, aliàs ualet, ut ff. de leg. 1. l. si cre ditori per totam legem, & l. sin autem. Accur.

• Aliàs • ab illo.

† Tenebitur tñ purè nel in grosso tōnes reddere omissa scrupulosa inquisitione, ut l. si seruus uetitus. ff. de leg. i.
† Quia si non ualet principale, nec accessoriū. Agi. Ber

Nihil

plius [a] per legatum habet. Quòd si in diem, vel sub conditione debitum ei [b] purè legauerit, [c] vtile est legatũ pp repræsentationem. Quòd si uiuo testatore dies uenerit, vel conditio extiterit, Papinianus scripsit, vtile esse [d] nihilo minus legatum, quia semel constitit. [a] quod & verum est. Nõ enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia [f] in eã causam peruenerit, à qua incipere non potest. [g]

*Dotis prælegatio uxori à marito facta iure subsistit propter commodum repræsentationis: dotem igitur (etiam si nullam dederit) cõsequetur uxor: modo certam dotis quantitatẽ testator legando expresserit.*

Sed si vxori maritus dotem legauerit, ualet legatum, quia plenius est [h] legatum, quàm de dote actio. Sed si quam non accepit dotem, [i] legauerit, diui Seuerus, & Antouinus rescripserunt, si quidem simpliciter † legauerit, inutile esse legatũ, † si verò certa pecunia, vel certũ corpus, aut instrumẽta dotis [k] in prælegando [l] [m] demonstrata sunt: valere legatum.

*Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præstari non potest, hæres tenetur: secus si non suo facto. Aret.*

Si res [m] legata sine facto [n] hæredis perierit, [o] legatario decedit. [p] Etsi seruus alienus legatus, sine facto [q] hæredis [s] manumissus [t] fuerit, non tenetur hæres. Si uerò hæredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri [r] ipsum Iulianus scripsit, nec interest [u] sciuerit [x] an ignorauerit a se legatum esse. Sed & si alij donauerit [y] seruum, [z] & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur [b] hæres, quamuis ignorauerit [b] à se eum legatum esse.

*Copulatorum altero pereunte, aliud æquè principale firmũ manet, & si alteri fuerit accessorium, principali corruente, & id quod accedit corruere necessum est.*

Si quis ancillas cũ suis natis [c] legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt

[a] Nihil amplius. Sed nunquid hodie semper est plus. cum habeat statim rei legatæ dominium, & hypothecariam aliarum rerum defuncti? Respond. non, ut ff. de leg. 3. l. 3. §. si rem. [1] quia plus tantum quatuor modis dicitur, ut j. de act. §. plus autem. & iste modus non est aliquis de his. Acc.

[b] Ei. Scilicet, creditori.

[c] Legauerit. Scilicet, debitor.

[d] Vtile esse. ff. de lega. 2. l. debitor. in prin. j, ubi est inutilis. Solutio. hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, i. non utile, cum & aliam habebat actionem. [2] potest tamen & ista agi, ut hic. Accur.

[e] Constituit. Id est ualuit. Accur.

[f] Quia. Rõ illius falsæ opinionis. Ac.

[g] Non potest. Nota arg. pro utraq; parte ad hanc regulã. ff. de uerb. obliga. l. existimo, & l. pluribus. § & si placeat, & de iis, quæ pro nõ scrip. hab. l. si in metallum. §. item si seruo, & de seru. l. pro parte.

ADDITIO. De isto Broeardo. dic, ut per Dynum in regula. factum de regu. iur. in 6 & per Bar. in l. pluribus. §. 1. ff. de uerb. obli. Ang. Aret.

[h] Plenius est. Scilicet in commodo repræsentationis: cũ legatum statim, dos uerò annua, bima, trima die ol. m: hodie post annũ mobilia, sed immobilia statim, ut C. de rei uxor. actio. l. 1. §. eum autem. & ff. de dote præleg. l. 1. §. verum est. Itẽ de dote datur actio inquantum maritus facere potest, uel eius hæres, ut ff. soluto ma. l. etiam. 1. respon. at legatum insolidum. nisi in Falcidia per beneficiũ inuentarii, ut in Auth. de hære. & fatc. §. si uerò non fecerit. coll. 1. Item si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur, ut ff. de do. præle. l. 1. j. respon. Accur.

[i] Dotem i. illam dotem, quam non recepit. Accurs.

[k] Instrumenta dotis. Scilicet in quibus confessus fuit se recepisse dotem, quam non recipit, ut ff. de dot præleg l. fi. & l. cum scriptum. § item ei quæ.

[l] In prælegando Id est legando, abundat enim præ. ut ff de dote præle. l. 1. j. respon in gl. 1.

[m] Si res. puta seruus Stichus. ADDITIO. Et sic seruus uenit appellatione rei. Mand. in Glo. Facul. §. Ac tam. in nec. rebus.

[n] Sine facto. i. mora: quo casu de interitu tenetur, ff. de uerb. obli l. si seruum. 1. respon. de leg. 1. l. cũ res. §. fi. [4] Vel quia sine causa occidit, ut dicta l. si seruum. Aliud si cum causa, ut ff. de leg. 1. l. quod ergo. §. si hæres tenetur enim de dolo & lata culpa, & leui, ut ff. eod. 1. l. cum res. §. sed si Stichus. uer. sed si culpa, & §. culpa. Accur.

[o] Perierit. Vel non comparat: quo casu caueat hæres de dãdo si ad eum redierit, & suis sumptib. recuperatur, quando post mortem fugit: aliàs i. si in uita, sumptibus legatarii, ut ff. de legat. 1. l. cum res. §. item si res: & de lega. 2. l. si quis seruum. in pri.

[p] Decedit. Quia qui in specie tenetur eius interitu liberatur, ut hic, & ff. de uerb. oblig. l. si ex legati.

[q] Sine facto. In hoc quoque, s. alieno seruo, potest admitti culpa, puta non certificauit hæres dominum (qui sciuisset se posse uendere, non manumisisset) s. fortè, cum uideret eum uelle manumittere, ut ff. eod. 1. l. cum res. §. sed & si alienus, & §. pen. & fina. item si fuerit in mora emendi, ut ff. de uerborum obligat. l. si seruum. §. si autem alienus & dic facto id est, culpa, uel mora.

[s] Hæredis. Contra de lega. præstand. l. namq; naturam.

[t] Manumissus. Nã manumissus similis est mortuo, ut ff. de solutionib. l. si mihi alienum.

[r] Teneri. Scilicet ad æstimationem, ut ff. eo. 1. l. si quis inquilinos. §. 1. & ff. qui & a qui. l hæret. Sed hic non dicit teneri manumissionem. sed dicit quod non minus ualeat legatum, s quo ad æstimationem Accur.

ADDITIO. Et ualet & manumissio, quia dñiũ serui hæredis non transit in legatariũ, ut hic, & d. l. si quis inquilinos, secus in seruo hæreditario & sub cõdõne legato. l. si seruũ qui sub condõne. ff. de manu. Ang.

[u] Nec interest. Cur secus ubi seruum indebitum sibi solutum quis manumiserit, ut ff. de cond. inde. l. in summa § si seruum, quæ est contra. Solu. respon. quia debuit scire, cum factum suum censeatur, ut in Auth. de tutorib. à mo. 1. respon. coll. 5.

[x] Sciuerit. Scilicet ipse hæres.

[y] Donauerit. Scilicet hæres.

[z] Seruum. A testatore legatum, & erat hæredis.

[a] Tenetur. Ad æstimationem, ut s pro. dixi.

[b] Ignorauerit. Scilicet hæres.

[c] Suis natis. Aliàs suo nato.

[f] Ista gl. dicit necessariũ respectu hypothecæ. sed respectu dominij valet legatum: vt ibi pbat, Ang.

[2] Ista est vera, quã etiã sequitur Barto. in d. l. de bitor. An.

[†] Dicendo vxori sũm Pot. Ægi. Per.

[†] Quia nõ cõstat quã dotẽ legauerit suũ Pot. Ægi. Per. Dotis legatũ a marito vxori factũ, valet;

[3] Mandos. inter casus Annales. nu. 84

[4] De negligentia vero non tenetur debitor actione psonali, nisi fuerit in mora, vel perat res q̃ fuit creditoris, vel negli

genti, si circa rẽ sen per emptionẽ subhastæ rei debitæ. Arge.

[l] Aliàs in relegando.

[r] Secus si sit debitor quantitatis, quæ nũquam perire potest l. incẽdiũ. C. si cer. petat. Ægi. Per.

[5] Falsa ẽ hæc gl.

Cedunt

dunt. a Idem est, b & si ordinarij c serui cum vicarijs legati fuerint, quia licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed si seruus fuerit cum peculio legatus, mortuo d seruo vel manumisso, vel alienato, peculij legatū extinguitur. e Idem est, si fundus instructus, f vel cum instrumento g legatus fuerit. † Nam fundo alienato, h & instrumēti † legatum extinguitur.

*Grex etiam in vna oue retinetur: & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi post testamentum. Idem est in legato ædium.*

Si † grex i legatus fuerit, & postea ad vnam ouem k peruenerit, qđ superfuerit, vendicari potest. l Grege autem legato, m etiam eas oues, quæ post testamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Est autem gregis vnum corpus n ex distantibus capitibus, sicut ædium vnū corpus est ex cohærētibus lapidibus. Aedibus denique o legatis, colūnas & marmora, quę post testamentum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere. o †

*Quicquid legato peculio adhuc viuo testatore accrescit vel decrescit, legatarij commodum, vel damnum respicit: quicquid verò mortuo testatore, nondumq; adita hæreditate accedit, ipsi seruo manumisso cedit: quod si alij, quàm seruo legatum sit, quod ex rebus peculiaribus augmentum prouenit tantum consequitur legatarius.*

Si peculiū legatū fuerit, p sine dubio quicquid peculio q accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro, vel damno est. Quòd si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid seruus adquisierit, Iulianus ait, si quidē ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem adquisitum est, legatario r cedere: s †

a Cedūt. Quia duo legata sunt separata: vt ff. de pe. le. l. at si ancilla. quæ est l. 3. Sed cōtra. ff. de vē. inspi. l. 1. §. ex hoc. vbi dicitur. ꝙ partus est portio viscerū matris. Respon. ibi loquitur donec in ventre est.

b Idem est. Sic ff. de pecu. lega. l. 4.

c Ordinarij. Qui sunt hi; Dic vt j. qđ cum eo. §. cum aūt.

d Mortuo. Scilicet, viuo testatore, non si post. vt ff. de pec. lega. l. tunc inutile.

e Extinguitur. Quia accessio est: vt ff. de pec. leg. l. 1. & 2. Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatem, quia nō ita accidit, vt ff. de ædil. edi. l. iustissimè in prin. † Itē quid si vicarij erāt tantum in peculio, & legatus est cū peculio? Rn̄. idem, vt exprimere peculiū noceat: vt ff. de condi. & demon. l. si in diem, in fi.

ADDITIO. Idem & si aliæ res erāt in peculio, eadē ratione. Si verò leget ordinariū cū vicarijs, & peculio, obtinet, quasi separet vicarios à peculio: vt l. si peculiū. §. si seruum. j. de pecu. leg.

f Instructus. Huic primo articulo contradicit ff. de fundo instru. l. si cui. in fi. Sol. sm Ro. hic simpliciter pp rudes sic loqtur. Vel dic, ꝙ sit idē qđ in perso., & vicarijs. & qđ sequit cū instro referat ad ꝓximū de peculio. Vel subtilius refert inter instrumētū fundi, qđ perit semp perēpto legato fundi, instrumētum patrisfam. qđ non perit, licet legatum fundi pereat, & hoc casu loqtur lex cōtraria, & alia contraria in eo. ti. l. 1. arg. contra. ff. de fund. instru. l. quæsitum. §. si fundus & § si instructo, quibus dicit, si fundus instructus legatus sit, instrumētū patrisfam. cōtinetur, non agri. Sed ibi subaudi, tantū. Vel dic illā esse Pauli sententiā in l. si cui. istam Labeonis à Iusti. probatam. & sic corrigitur illa.

g Instrumēto. Est aūt instrumētum apparatus rerum diutius permansurarum, sine quibus nō posset exerceri possessio: vt ff. de fun. instru. l. quæsitum. 1. rń. Et sunt instrumēta fundi, quę fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia comparata sunt: vt de fundo instr. l. instrumenta. in princip.

h Alienatio: A testatore.

i Si grex. Qui ex decem ouibus cōstat, vel quatuor, vel quinque porcis: vt ff. de abigeis. l. oues.

ADDITIO. Tres autem homines constituunt collegium vt l. Neratius. ff. de verbor. signi. not. in c. 1. extra, de elect. secundum Christoph.

k Ad vnā ouem. Sic ff. quod cuiusq; vniuer. l. sicut. §. fi. & ff. e. ti. l. si grege.

l Vendicari potest ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. si contra. Solu. facilius perditur legatū vsus fructus, quàm proprietatis: vt arg. ff. eod tit. l. repeti. § rei mutatione. & ff. eo. ti. l. si grege, in fi.

m Legato. Sic ff. eodem l. grege. sic j. §. prox.

n Corpus. Tria em̄ sunt corpora rerū. Vnum qđ vno spiritu. i. elementatione continetur: vt homo, lapis. Secundū quod ex cohærentibus constat: vt domus, & armarium. Tertium qđ ex distantibus corporibus, ut grex, & populus, vt hic, & ff. de vsucap. l. seruum mixtura. §. 1. & ff. de rei vend. l. in rem actio. § at in ijs.

o Cedere. Sed columna vel tignum domus legari purè nō pōt: vt ff. de leg. 1. l. cætera. ne urbs deformetur. Acc.

¶ Si peculium.

CASVS. Quidam in testamēto suo legauit peculium, & viuo testatore auctum est; vel fortè diminutum est: modo, quæro, cui⁹ lucro, vel periculo hmōi augmentatio, & diminutio peculij ē? Ad hoc respō. Iust. generaliter, qđ si peculium legatum fuerit, quicquid viuēte testatore peculio accesserit, vel decesserit, sine dubio legatarij damno, vel lucro cedit. & in hoc casu si augetur, vel diminuitur peculium viuente testatore, non refert, vtrum legatū seruo proprio cū libertate, an alicui extraneo. secus tamē est, si augeatur peculium post mortem testatoris ante aditā hæreditatē. nā si seruus hæreditarius aliqd acquisiuerit, vel alio modo peculium legatum augmētū susceperit: Iulianus ait, ꝙ si ipsi seruo manumisso peculium legatum fuit: quicquid ante aditā hæreditatē peculio accesserit ipsi seruo legatario cedit, sed secus est. si peculium extraneo fuerit legatū. In persona enim extranei dies legati à morte testatoris in peculio legato cedit. & hoc est verū, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculiū, In hoc enim casu augmentū ex rebus peculiaribus procedens legato cedere debet. Et dicuntur vsque ad illum §. peculium autem.

p Legatum fuerit. Seruo extraneo.

q Peculio. Nam & futurum peculium legari potest: vt ff. de pecu. legato. l. eis quoq;. & facit ad hoc supra proximo. §.

r Legatario. Eidemque manumisso. Acc.

s Cedere. Nota tria tempora: ante mortē testatoris: & post

Ex quo sequit, ꝙ mulier ventre hēda Inaui, nō debet mercedē ꝓ partu in vtero. l. sed addes. §. si qs mulierē. ff. loca. itē nil debet ꝓ lupo, existēte i vētre matris, nota. doc. l. l. q̄ in vtero. ff. de stat. ho. Ægi. Per.

Sec⁹ aūt esset i fœtu animaliū brutorū & his q̄ non veniūt p modū principalis & accessorij vt si legaret equus cū asino: qa duo legata cēsent. Et hęc inducūt ad q̄stionē d ingrediēte monasteriū: vt vitiato ingressu nō valeat bonorū dedicatio nisi expssè se & sua dedicasset, sm do. hic.

† Fūdi instructi legatū qđ differat à legato fūdi cum instrumēto, docet Anto. Augu. li. eme. 2. ca 3.

† Scilicet fundi: nō patrisfa. glo. in l. si cui. ff. de fun. inst. Ægi. Per.

† Ex hac lite eiusq;

gl. not. ꝙ licet grex nō possit nisi ex pluribus capitibus cōstitui, cōstitutus tū semel gregis nomen retinet, & si ad caput unū deuenerit: ut hic, & l. grege legato cū l. seq. ff. eo. Idq; in ꝓprietatis legato, qm secus in legato gregis vsusf. qui. si grex ad pauciora x. capitibus deueniat, extīguit. l. fi. ff. q. mo. vsusfruc. amitt.

Instrumētū fundi qd sit, hic declaratur. Instrumētū patrisfa. est qđ habet in rure pro subsidio personæ. Ægi. Per.

Aliàs, quoque.

Factum abundat.

† Idē accedere, siue accrescere, aliter est in i⁹ alicui⁹ nenitur j. e. §. 1. ibi legatario cedet, itē legati ē cedere: itē incipere legatū debet. j. e. §. 1. ibi. qa hmōi. Ægi. Per.

† Id est ī ius eius venire. Æg. Per.

& post, ante aditam hæreditatē: item & post. In primo, tpe, s. quo nō inuenitur cessisse dies legati, oēs legatarij sunt pares. nā quicquid eo tpe acquirit seruus talis: ei, cui hoc peculium est legatum, acquirit: siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictum, quia non cedunt legata, sīc in tertio, s. sunt pares. In secūdo distinguit extraneus à seruo, ut hic. Nā quod legatū cedit extraneo à morte, hoc seruo ab adita hæreditate: qa nec libertas sibi pri⁹ debetur. C. de cad. tol. §. cum igitur. & §. in nouissimo. Nam pura legata, vel in diem certam relicta à morte cedūt: nisi in sex casibus, vbi ab adita hīditate: ut C. de cadu. tollen. §. cum igitur. & §. in nouissimo. & ff. quādo dies le. ced. l. a., Iter quos legatū seruo manumisso relictū, ē vn⁹: ut hic. Conditionalia, vel in diē certū relicta, ex die vel ex cōditione existē te cedūt, id est, trāsmittuntur ad hæredes, nam ante conditionem, vel diem uenientem si decedit legatarius, nō trāsmittuntur ut C. de cad. tollen. §. sin autem. nisi in trib⁹ casibus. Primus. ff. de cōdi. & dem. l. cōditiones. Secundus ff. e. t. l. 3. Tertius ff. quādo dies leg. ce. l. si cum præfinitione. Item verbum cedere, duas habet significationes, Id est, incipere deberi, ut ff. de uerbo. signifi. l. cedere. Item cedere quātum ad transmissionem, ut accipitur C. de cad. toll. per totum. & in utraque potest hic accipi

quia [a] hmōi legati dies ab adita hæreditate cedit. sed si extraneo peculiū legatum fuerit non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit. [b]

*Datus libertati in ultima voluntate, peculium (nisi expressim legatum sit) nequaquam petere potest: secus si inter viuos: si quid autem seruus, cui peculium quoque legatum fuit, pro domino impenderit, non repetit. Item legata alicui libertate si rationes reddiderit, & reliqua intulerit, etiam legatum videtur peculium.*

Peculium [d] autē nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quamuis si viuus manumiserit, sufficit, si non adimatur, & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Ijdem rescripserunt, peculio legato [e] non videri id relictum: vt petitionē [f] habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Ijdem rescripserunt, peculium videri legatum cum rationibus [g] redditis liber esse iussus est, & ex eo reliqua [h] inferre. [i]

*Iura incorporalia possunt legari. Aret.*

Tam autem corporales res legari possunt, quàm incorporales. [k] & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas hæres legatario præstet, [l] nisi exegerit [m] viuus testator pecuniam. nam hoc casu legatum extinguitur.

[a] Quia. Bona est ratio. si enim prius cederet, idem esset quod in extraneo. Est & alia ratio, ut ff. de pec. leg. l. denique §. fi. ubi dicitur quod uerisimile est eū omne augmētum ad ipsum ptinere uoluisse, cui &c.

[b] Auctum fuerit. Scilicet peculium.

[d] Peculium autem. CASVS. Quidam condidit testm, & in testō suo Sticho, qui ualde pingue habuit peculium legauit libertatem, uulla mentione facta de peculio, modo q̄ro, utrum legando libertatē uideatur legasse peculium? Et rñ. ꝙ nō. Nam peculium nisi expresè fuerit legatum, seruo manumisso non debet. & hoc uerum est in ultima uoluntate, secus tñ est inter uiuos, quia si manumiserit, uř ei donasse peculiū, nisi illud expresè ademerit: & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserūt. Sed pone. Quidam legauit seruo suo peculium. ille seruus, idēq; legatarius multa de peculio impendit in rōnes dūi, & etiā dūi factus est debitor peculiaris: Modo quæro, utrum seruus mortuo testatore ab hęrede dūi petere possit illud, quod in rationes dūi impenderit? Et rñ. ꝙ non. nam ijdē principes, scilicet Seuerus, & Antoninus in hoc casu rescripserunt, peculio legato non uideri id relictum seruo: ut petitionem habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impendit, & hęc dicuntur usque ad illum §. iidem rescripserunt. Peculium. Sic C. de pecul. eius, qui li. me. l. 1.

[d] Quamuis. Cur tam varie? Respon. qa secundo casu s. qn̄ inter viuos, operas eius manumissor erat habiturus. vnde cōuersa donatio præsumitur. sm̄ Ioā. ff. man. l. si vero non. §. inde Papinia. [a] vel sm̄ P. pp. ꝓ occupationem mortis: quia præsumitur auferre, si potuisset. vt in Auth. de trien. & sem. §. illud quoq;. ibi, præ tumultu mortis angustiatus &c. & C. qui testa. face. pos. l. hac cōsultissima. § at cum.

Ijdē rescripserunt. CASVS. Quidā legauit seruo suo libertatē his verbis, Volo, ꝙ seruus meus redditis rōnibus liber sit: & de peculio reliqua soluantur. i. ea in qbus apparuerit eū mihi teneri: modo q̄ro, vtrū testator his verbis videtur legasse peculiū? Et resp. qđ sic. nā p̄dicti duo principes rescripserunt peculiū deberi legatū, cum rationibus redditis seruus liber esse iussus est, & ex ipso peculio reliqua inferre. & hæc dicuntur usq; ad illū §. tā aūt corporales res. Cæteri casus, qui sequuntur in parte ista planissimi sunt vsque ad §. illum. Legari autem.

[e] Peculio legato. Scilicet seruo. & etiam libertas fuit legata, aliud si extraneo: vt ff. de pecul. leg. l. vi. §. fi. & l. si Sticho. Accur.

[f] Petitionem. Nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo quæ sibi debebat, vt ff. de pecu. leg. l. dominus. Sticho §. t. in fi.

[g] Cum rōnibus. Quasi diceret, si relinquo seruo libertatē rōnib. ab eo redditis: eo ipso & peculiū legare tibi uideor. aliud eē si libertatē relinquo, & rōnes reddere vero: q a nō vř legatū peculium, ut ff. de leg. 2. l. si seruus uetitus. in fi. Rationes autem teddere dicitur, quando amoto dolo & fraude reddit: vt ff. de fideicommis. lib. l. Thais. §. Stichus.

ADDITIO. Et sic nota, ꝙ remissio redditionis rationum nō cōprehēdit reliqua, nec dolū, seu latā culpā, sed scrupulosam tm̄ inquisitionem, qđ facit ad quæstionem de eo cui concessum est liberum arbitrium Ita quod non possit syndicari secundùm Ang. hic.

[h] Reliqua. Aliàs reliquas, id est, alia, quæ erant reddenda reddere. cum iam quædam reddiderat, vel ēt si nihil, ut ff. de uerb. sign. l. cæterorum.

[i] Inferre. Repete, iussus est.

[k] Incorporales. i. actiones, & seruitutes, vt ī. de reb. corp & incorp. & ff. de leg. t. l. 1. & l. cætera, in prin.

[l] Præstet. Sine cessione tñ vtiles habet legatarius, ut C. eo. l. ex legato. Accur.

ADDITIO. Nisi res sit litigiosa, uel lis cępta. l. q cūq; & auth. uunc si hęres. C. de liti. secundū Ange. Et not. ꝙ quāuis directam personalē exercere non possit nisi cedat; poterit tñ exercere directam realē: quæ quia non ossibus affixa est, transfertur in eū directa via. l. sine §. fi. cum l. seq. ff. de cond. fur. Ang.

[m] Nisi exegerit. Nam si exegerit, semper in dubio præsumo,

[c] Id est huiusmodi legatū īcipit deberi à die aditæ hæreditatis. Ægi. Per.

[a] Aliàs, auctū fuerit peculium.

[a] Et hæc uera qn̄ dies ē certa an & qn̄. Si uero est certa an, sed incerta, qn̄: ut qn̄ dies mortis, & tūc si apponit diē mortis legatarij & hř p puro: si extranei, uel hæredis hř p cōditionali sicut qn̄ dies penitus est incerta, sed qn̄ omnino ex extitura, ut si sol, uř anti christus nascetur, hř p puro, secūdū Ang. hic.

Legata pura & cōditionalia quādo cedunt.

[a] Istā rōnem reputat inefficacē Ioā. Fab. hic. cū p manumissū debeāt operæ exhiberi filio, nec nisi ex cōuentione debētur l. 1. C. de ope. lib. & l. si operarū iudicio. ff. e. unde dicit ipse ꝙ inter uiuos ē maior affectio dñi, qa se priuat dñio serui, & eius seruitio qđ retinere poterat, non sic ubi moriens dat, qđ sibi retinere nō p̄t. alias rōnes uide per Ang. hic.

[†] ēi debitam.

[†] Nisi probauerit non adimēdi animo exegisse. l. pe. §. fi. ff. de adim. leg. Ægi. Per.

præsumo voluisse legatum extinguí: vt ff. de adim. & leg. l. pe. §. fi. & de lib. leg. l. non solum autem. §. libe ratio nisi probetur contrarium, vel quia debitor vlt ro obtulit eo non petente, vel quia ex sectam pro le gatario deposuit: vt ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem.

*Facta legari possunt.*

Sed & tale legatum valet, Danas esto heres meus domū illius reficere: vel, illū ęre alieno liberare. a

*Legari in genere, † electio est legatarij.*

Si † gñaliter † seruus, vel res alia b legetur, electio legatarij c est: nisi aliud testator dixerit.

*Optandi ius (quicquid antiquo iure seruaretur) hodie ad heredes transfertur: plurib. autem quib. optio competit inuicem circa optandum dissentientib. illius optione prior erit sententia ad quē sors deuenerit.*

Optionis legatū, i. vbi testator ex seruis suis vel alijs reb. optare legatariū iusserat, habebat olim in se conditionem: d e & ideo e nisi ipse legatarius viuus optasset, ad hæredem legatum non transmittebat. Sed ex constitutione f nostra & hoc in meliorem statum reformatum † est: & data licentia hæredi legatarij optare seruū, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nr̃a constitutione g additū est, siue plures legatarij extiterint, qb. optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo, siue vnius legatarij plures hr̃des sint, & inter se circa optādū dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiēte: h ne pereat legatū (quod pleriq; prudentiū cōtra beneuolentiā l introducebant) fortunā esse huius optionis iudicem, & sorte k † hoc esse dirimendum: vt ad quem sors peruenerit, illius sententia l in optione præcellat.

*Illi possunt ex titulo legati capere, q̃ pñt haredes institui.*

Legari autem illis so-

† Scilicet infimo. q. d. si gen' infimū legetur, datur optio legatario. Azo. Per.

† Dic, si legat gen' gñalissimum, vt substātia nō valet. si subalternū ut aial, & nō valet. si infimum vt seruus, equus, valet & dat optio. si species, ut Stich', & valet. Ang. Per.

† Cōcor. cū hoc §. c. inter cę teras. cū glo. super uer. quod cumq; ex tra. de rescrip.

† Aliàs, cōditionem tacitam.

† 1 Quia nō est uerisimile testatorē uoluisse id legare quod nō fuisset in spē ꝯcessu tus. sed ubi electio ē hæredis uel debitoris, poterit dari uilius. dū tñ nō sit oino inutile, qa potuit testator uel credi tor cogitare ꝙ daret min'. Io. Fab.

a Et hoc uerū qñ dubiū o-

a Ære alieno liberare. Nam vtilitatem habet.

b Res alia. Vt equus.

c Electio legatarij. Et a principio, & ex postfacto, secundū B. vt hic. & ff. de le. 1. l. si seruus legatus §. cum homo. Sed Ro. à principio dabat electionem hæredi: sed ex cōtumacia transferebatur in legatarium: ut ff. de ser. l. si cui. & C. de solu. l. Io. distinguit, aut in genere generalissimo, vel subalterno, vt si substantia vel corpus vel animal legatur: quo casu non valet cum festucam, vel muscam dādo liberetur, vel in eo genere, quod dialectici specie appellāt: vt homo, & similia: & tūc subdistingue aut habebat in hr̃ditate seruos, & tunc legatarius elig t, dū modo non meliorem, 1 vt hic & ff. eodē. 1. l. legato primo respon. & l. qui duos & de optio. legat. l. 2. Aut non habebat 1 & tunc hæres eligit. vt ff. de vino, triti. & oleo lega. l. 3. 1. respon. & l. 4. Si autē testator ex certis reliquit incertum: aut ipse sensit de certo (quod patet expresso nomine eius) & tunc eligit hæres, & eius uoluntatem interpretatur: ut ff. eod. 1. l. si quis à filio. §. si quis plures. aut non sensit & tunc legatarius eligit: vt ff. de legat. 1. l. qui duos. In domo autē in genere legata, si habet testator domos, vnam ex his eligit hæres, si non habet & relinqt derisorium est legatum: vt ff. eod. 1. l. si domus. In fundo in genere legato dic non valere legatum: cū unius digiti possit fieri fundus: ut ff. de iure dot. l. cū post. §. gener. & ff. eo. l. quod in rerum. §. si quis. & l. locus. de uerb. signi.

d Conditionem. Scilicet si eligeret.

e Et ideo. Bona ratio: ut C. de cad. tol. § sin autem.

f Ex constitutione. Quæ est C. communia de leg. l. fina. in principio.

g In nostra constitutione. Scilicet prædicta.

h Eligere cupiente. Et alio aliud subaudi.

l Contra beneuolentiam. Id est, contra æquitatem, scilicet quod perient, id est, de iure stricto perire debent: ut ff. eo. 1. l. huiusmodi. §. fin.

k Et sorte. Vel eū taxilis, uel alio modo. sic ff. de iudi. l. in tribus. 2 Sed quare index nō compellit eos ad consentiendum. ut ff. eo. 1. l. huiusmodi, in fine. Respondet. imò hoc nō compellit. vel ibi compellit in actione eligenda, q̃ datur iure, hic autem non compellit in eo, quod datur à testatore.

l Sententia. Vt tamen cæteri æstimationem præstet suarum partium: vt C. commu. de lega. l. finali. in principio.

¶ Legari autem. CASVS. Dñe, iam video, quæ rēs legari possunt: dicatis mihi qbus legari possunt: Et ipse respondet quòd illis enim quibus testamenti factio est, id est, ad quorum vtilitatem testamentum fieri potest. sed secundum antiqua iura multæ erant personæ, quibus legari non poterat. Incertis enim personis neque legata, neque fideicommissa relinqui olim concessum erat: & hoc intantum secū dum iura antiqua obtinuit, vt nec ēt milites incertæ personæ legari potuerint, & ita diuus Adrianus rescripsit. Sed pone, Domine, iam video, ꝙ olim incertis personis legari non poterat, ꝓ Deo, si placet, dicatis mihi, quæ persona censebatur incerta? Ad hoc respondet, Amice, Incerta persona videbatur, quam testator opinione incerta animo suo subijciebat, velnti si qs dicat in hunc modum. Quicumq; filiam suam filio meo in matrimoniū copulauerit, hæres meus illi fundum Sēptonianum dato. nā in hoc casu huiusmodi legatum incertę psonę videbatur relictum. & similiter in hoc casu, ueluti si quis ita dicat, Iis qui post testamentum scriptū primi consules designati erunt, hæres meus cētum dato, Nam in hoc casu incertæ personæ sicut in superiori casu legati videbat. & multæ aliæ species repetiri possunt, in quibus incertæ personæ legari videbatur, & incertæ personæ libertas dari, veluti si quis ita dicat, Illum seruum, qui primus ascenderit Capitolium. liberum esse volo. Olim enim libertas hoc modo data inutilis erat. & hoc ideo, quia placebat seruos nominatim liberos fieri. Sed licet dixerim tibi incertis personis legari antiquitus, non posse, sub certa tamen demonstratione, id est, ex certis personis Incertæ personæ, etiam olim rectè legabatur, veluti si quis ita dicat. Et cognatis meis, qui nunc sunt, quicumq; filiam meam in vxorem duxerit, hæres meus illi fundum Sempronianum dato. Nam in casu isto licet incertæ personæ uidebatur relictum, ratione tamen demonstrationis etiam olim valebat. Sed licet dixerim tibi legata, uel fideicommissa incertis personis relicta olim non, valere, cautum tamen erat in sacris constitutionibus talia legata, vel fideicommissa per errorem soluta repeti non posse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. posthumo quoque.

rit sup ista re nec, à lege decidi, & discordant in iudiciū fini. alias, si ad iudiciū tertij iudex cōpellit ad cōcordiā aliqñ pesse, & aliqñ cau satinè du biū aūt in facta ꝓbatione dirimit, ut l. actor. C. de proba. Ang.

† Reformare in meliorē statū, seu formam, uterque Quintil. ilie li. ta cap 6. Appolino Miloni (inquit) Rhodi. rursus reformādū &c. Hic uerò sug sign. Gratiæ. tit. de reforma.

† Sorte pluta dixi mi. Quintil. Mand. in t4. q. 33. Reg. nu. 12. & seq.

Finga-

lum[a] pōt, cum quib. testamenti factio[b] est.

*Neque paganus, neque miles poterant olim incertę personæ relinquere, & quæ dicatur persona incerta, declarat per duo exempla. Ang.*

Incertis verò personis, neque legata, neq; fideicōmissa olim relinqui concessum erat.[c] Nam nec miles[d] quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt diuus Adrianus rescripsit. Incerta aūt persona videbatur, quam in certa opinione animo suo testator subiiciebat, veluti si quis ita dicat: Quicūque filio meo filiam suā in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundū dato. Illud quoque quod ijs relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent,[e] æquè incertę personæ legari videbatur. Et denique multæ aliæ huius modi species sunt.

*Olim legatum etiam libertatis, quę est multum fauorabilis, incertę personæ factum erat inualidum.*

Libertas quoq; incertæ personæ non videbatur posse dari,[f] quia placebat nominatim seruos liberari.[g]

*Incertę personæ ex certis personis, etiam olim legari poterat. Ang.*

Sub certa[h] verò demonstratione, i. ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur, veluti, ex cognatis meis, qui nūc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

*Licet legata incertis personis facta, olim essent inualida: si tamen per errorem soluta fuerant, repeti non poterant. Ang Aret.*

Incertis autem personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti nō posse,[i] sacris constitutionibus cautum erat.

*Olim non poterat legari posthumo alieno, i. qui non erat testatori futurus suus hęres.*

Posthumo quoq; alieno inutiliter antea legabatur.[k] Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos,[l] hæres te-

a Solum. Et contra idē solus legat, ut ff. de leg. 1. l. 2.

b Testamenti factio. In passiua significatione accipe, ut s. de hæred. qual. & diffe. §. testamenti. Sed qui sunt isti, qui non habent testamenti factionem? Rn̄. incerta persona, ut j. proxi §. Item peregrinus, siue deportatus, ut C. de hær. insti. l. 1. Item in metallum damnatus, ut ff. de iis, quæ pro non script. hab. l. si in metallū. Itē seruus de adulterio cum domina cōmisso accusatus, ut s. de hær. institu. §. 2. Item collegiū, nisi probetur licitū, vt C. de hær. institu. l. collegium. Item incestuosi, ut in Auth. quib. mod. natu. effic. sui. §. vlt. col. 7. Item hæretici maioris hæresis, ut C. de hæretic. l. manichæos. §. ipsos quoque, & §. ergo. Item apostatæ, ut C. de apost. l. 2. qui sanctam. Item mulier nubens intra annū à tēpore mortis mariti, ut in Auth. de nupt. §. 1. colla. 3.

ADDITIO. Sed hoc hodie cessat propter dictum Apostoli, quia omnes pœnæ pp festinationem intra tps luctus sunt sublatę: non autem propter transitum ad secunda uota. Angel. pro quibus uide etiam Mandos. inter casus annales nu. 39.

c Concessum erat. Hodie cōtra, etiam ante legem Græcā inferiorem in pauperibus, ut C. de episc. & cleric. l. id quod.

ADDITIO. Tu dic, q aut incertitudo est in persona legantis, & ualet legatum, quia hęredi onus iniunctum intelligitur, aut in persona legatarii, & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut non. Primo casu ualet, etiam si erat incerta de incertis, ut l. si quis ita scripse. tt. ff. de reb. du. Secundo casu ualet, si per legem certificatur, ut d. l. id quod, C. de episc. & cler. sed de hoc uide Ang.

d Nam nec miles Cuius, s. militis uoluntas seruatur pro lege, alias, ut C. de testa. mil. l. 1.

e Designati essent. In Calen. Ianuar. sortiebantur, i. incipiebant honores administrare, & ante per tres menses designabantur, ut ff. de condi. & demonstrat. l. Publius, & C. de magi. mun. l. 1.

f Posse dari. Vt si dicat ita, illum liberum esse nolo qui capitolium primus ascenderit, uel simile fecerit, vt s. proximo § incertis. Vel Stichum liberum esse uolo, cum habeat duos Stichos, ut ff. de manu. testa. l. cum ex pluribus.

g Seruos liberari. Aduerte q in aliquib. libris sequitur illa clausula. Tutor quoque incertæ personæ dari non potest, quam non inuenies in emendatis codicib. & si ea, q̄ sequunt in textu & gl. diligēter inde pspexeris: profecto eā prorsus superuacuā iudicabis.

Hęc gl. nō est Ac. Ægi. Per.

h Sub certa Sic. de leg. præstā. l. 3. §. hoc amplius. sic ff. de leg. 1. si seruus legatus §. hmōi, sic ff. de reb. dub. l qdā. sic. ff. e. l. legato. §. 1.

i Repeti nō posse. Quasi naturale debitum, ut ff. de condict. inde. l. Iulian⁹. in fi. & l. frater à fratre. in prin. ibi, naturalem enim, & l. si dominus. in fi.

¶ Posthumo quoq;. CASVS. Dūc, iam video plures personas, quib. olim legari non poterat, nunq̄d sunt adhuc plures personę, quibus olim legari nō poterat? Et tu q sic, nam posthumo alieno olim inutiliter legabat. Sed dūc, si placet dicatis mihi q̄s censetur posthum⁹ alienus? Ad ho. rū. Amice alienus posthumus est, qui inter hæredes suos hęres testatoris futur⁹ non est: sicut nepos ex filio emancipato cōceptus extraneus posthum⁹ erat auo. & hæc oia supradicta ām iura antiqua obtinebant. sed non solūmodo oia supradicta ab eo. §. incertis, sed ēt speciē circa posthumū alienū correximus. Nam in Codice nostro q̄dā constō posita est: quam quidem constitutionem ēt huic parti remedium adhibuimus, nō solum in hæreditatibus, ut alienus posthumus hęres instituti possit: sed ēt in legatis, & fideicommissis, & hoc euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Sed quanquam dixer in tib incertis perso[illegible]s au thoritate nostræ constitutionis hodie leg[illegible] posse, [illegible] tutor tñ incertis non solum fm antiqua iura [illegible] seu ēt per nostram constōnem dari non dēt, & hoc ideo, q a certo iudicio dēt quisque pro tutela suæ posteritati prospicere, & licet s. dixerim alieno posthumo fm iura antiqua legari non posse, alienus tn posthumus, & olim de iure prætorio, & hodie potest hæres institui de iure ciuili, & hoc uerum est, nisi sit in utero illius mulieris, quæ de iure nostro uxor esse non pōt. & hæc dicuntur usq; ad illum, §. si quis in nomine.

Aff, &c.

k Legabatur. Sed nec instituebatur iure ciuili, ut ff. de libe. & posthum. l. Gallus. §. ille casus.

l Suos. Scilicet, quondam ante emancipationem, vt sequitur.

Futu-

statori futurus [a] nõ est. † Ideoq; ex emancipato filio conceptus nepos extrane⁹ erat posthum⁹ auo.

*Hodie legatum incerta personæ, aut posthumo alieno factum, valet. h.d. iuncta gl.*

Sed nec [b] hmôi species penitus est sine iusta emendatione relicta: cum in nostro Codice cõstitutio [c] posita sit, per quã & huic [d] parti medemur, non solum in hæreditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis, quod euidenter ex ipsius cõstitutionis lectione clarescit.

*Tutor certus, & certa personæ dari debet h.d. cum gl.*

Tutor autem, nec per nostram [e] ꝯstõnẽ ĩcert⁹ [f] dari dẽt, q̃a certo iudicio dẽt, q̃s ꝓ tutela suę posteritati [g] cauere.

*De iure prætorio alienus posthumus etiam olim poterat hæres institui, & hodie potest:*

*dummodo nasciturus sit ex ea, quę vxor esse possit. Ang.*

Posthumus aũt alienus hæres institui, & antea poterat: [h] & nunc põt, nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro [i] vxor esse non potest. [k]

*Error nominis, prænominis, agnominis, et cognominis, nõ vitiat, si de corpore constat. Are.*

Si quis † in nomine, [l] † cognomine, prænomine, agnomine † legatarij testator errauerit: cũ [*] de persona constat, nihilo minus valet legatum. [m] Idemq; in hæredib. [n] seruatur, & rectè. Nomina.n. significandorum hominum gratia reperta sũt qui si alio quolibet modo intelligantur, [o] † nihil interest. [p]

*Falsa demonstratio non vitiat legatum.*

Huic proxima est illa iuris regula, Falsa demonstratione † legatum non perimi. veluti si quis ita

[a] Futurus. Scilicet hæres.

[b] Sed nec. Quasi dicat non solum in posthumo, sed omnia supradicta ab illo. §. In certis correcta sunt, vt arg. ff. eo. in l. hoc legatum. 1. respon. & l. ea tamẽ.

[c] Constitutio. Quam non habemus.

[d] Huic. Scilicet posthumo.

[e] Per nostram constitutionem. Scilicet supradictã constitutionem Græcã, nec ueteri iure, ut ff. de testa. tut. l. tutor incertus.

[f] Incertus. Vt si ita dixit: illum tutorẽ do, qui primus de Tuscia uenerit. nec incertæ personæ datur, ut ff. de testam. tutel. l. tutor ita.

ADDITIO. Et est ratio, sm Iož. Fab. quia quamuis postea certificetur, tñ poterit uenire talis ribaldus, quò pupillo prouisum nõ erit ꝫ id quod iura intendunt. Incertæ tñ personæ post certificandæ testamentarius dari potest, non datiuus, ut hic per eum.

[g] Posteritati. Id est, filiis.

[h] Poterat. Scilicet de iure prætorio nõ ciuili, ut ĩ. de bono. posses. 1. respon. ꝫ & ff. de libe & posth. l. Gallus. §. ille. Ac.

ADDITIO. Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tẽpore testamenti nato non suo, qui postea succedendo in locum primi, suus efficitur. hic vero & in eo, qui nunquam efficitur suus. Ang.

[i] Nostro. Id est, Romano.

[k] Non potest. Sed quæ est illa, quæ uxor esse nõ potest? Respond. multæ sunt illæ, quæ uxores esse non possunt, ut ĩ. de nup. diximus. §. si aduersus. C. de incest. nup. l. 4.

¶ Si quis in nomine. CASVS. Quidam fecit testamentum, & in testõ legauit cuidam e. sed tamen errauit in nomine legatarii, nam cum deberet dicere, lego Titio, dicebat, lego Sempronio, unde constabat de persona legatarii, modo quæro, utrum hmôi error uitiet legatum? Et respon. ꝙ non. Si q̃s enim in nomine, cognomine, uel agnomine, & prænomine legatarii errauit, si tñ de persona constat, nihilo minus ualet legatum, & idem seruatur in hæredibus instituendis, ut si quis errauit in nomine, cognomine, agnomine, & prænomine ipsius hæredis instituẽdi, nihilo minus valeat institutio, si de persona hæredis constat, & certè in utroque casu hoc optima ratione statutum fuit. Nomina enim signandorum hominum gratia inuenta sunt. Igitur, si per quodcumque aliud indicium intelligantur, nihil refert. unde argumento huius regulæ cauetur falsa nominatione legatum non perimi. Est enim quædam alia iuris regula, qua cautum est, falsa demonstratione legatũ non uitiari: veluti si quis ita legauerit. Stichum seruum uernam Titio do, lego. Licet. n. Stichus non uernа, sed emptus sit: si tñ de persona constat, non obstãte hmôi falsa demonstratione, valet legatum, & similiter si ita demonstrauerit testator, Stichum seruum meum, quem à Seio emi, Titio do, lego. Licet enim ab alio emptus sit, nihilo minus ualet legatum, si de persona serui constat, & sicut dixi tibi, scire debes q⁹ longè magis adiecta falsa cã legato, legatum nõ vitiat: veluti, si quis ita dixerit. Titio, q̃ absente me negotia mea utiliter curauit vel gessit, Stichũ do lego, vel si ita dixerit, Titio: q̃a patrocinio ei⁹ à capitali crimen liberatus sum, Stichum do lego, nã si ita dixerit, valet legatũ. Licet enim Titi⁹ legatarius negotia testatoris nunquã gesserit: neque testator patrocinio Titij legatarij capitali crimine liberatus sit, in vtroque tñ casu legatũ valet. sed aliud ius statutũ est, si huiusmodi causa cõditionaliter enũciata sit: veluti, si q̃s dixerit hoc modo, si negotia mea curauerit fundũ ei do lego nam in hoc casu ita demũ valet hoc legatum, si conditio extiterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. an seruo hæredi.

¶ Si quis. Sic C. de testa. l. si nomine. Accur.

[l] In nomine. Nomen est genus: sed ponitur hic per specie sui, ut Albertus, quod dicitur proprium personæ nomen. Cognomẽ, quasi cõe cognationis nomẽ; ut Asinellus. Prænomẽ quod cã differentiæ ponitur, ut si sint duo Tullii, & uni superaddatur Marcus, & dicatur Marc. Tull. nam Marcus, est prænomẽ. Agnomen est, quod imponitur ab euentu, ut Africanus, qui uicit Africam: Alamanicus, & Gotthicus, ut s. in tit. procœmii huius libri.

[m] Valet legatum. Sic ff. si cer. pet. l. certum, & C. eo. l. si Fortidianum.

[n] In hæredibus. Scilicet fieret in eorum nomine.

[o] Intelligantur. Scilicet à testante. & hoc in ꝓprijs. In appellatiuis distingue sm Io. An parum erret, ut si libros membranas appellet quo casu ualet, maximè cum fuerit consuetus sic appellare, ut ff. de le. 3. l. librorum. §. quod tamẽ Cassius. An multum erret, & nunc contra, ut ff. eod. tit. l. 4. & de sup leg l. Labeo, in medio legis. §. sed de iis, in fi.

[p] Nihil interest. Vnde liber homo sibi nomen mutare potest: licet seruus non possit, ut C. de mu. no. l. 1 & ff. ad leg. Cor. de fal. l. falsi.

Vernam

† Hũc locum pulchrè explicat Lelius Tauxellus in pręludiis suis ad interpretationẽ legis Gallus. ff. de lib. & posthum.

* Vide q̃ in hũc §. scripsit Alcia. lib. 6. Paergõ. cap. 1.

† Si q̃dẽ.

† Vide in hunc locũ Alcia. lib. dispũ. 4. c. 1.

† Anto. Ang. emẽda. lib. 4. c. 5. putat expungẽdã hoc loco vocem agnominis: tũ q; eius ueteres nõ meminerint tum ẽt q; non extet in vet. exempl. Addit ꝓterea nihil appellatione agnominis

signari, q̃ nõ abũde explicet ꝑ dictionẽ, cognomẽ. Porrò q̃d apud veteres significarit, ꝑnomen, q̃d cognomẽ, diffuse tractat Æmi. Ferrar. in notis suis hoc ipso loco.

* Aliàs si.

† Quia nola imposita sũt ad rei cognitionẽ, ut hic, & l. ad recognoscendos. C. de inge. mã. & sufficit q; res cognoscat, siue ꝑ se, siue ꝑ aliũ l. certũ, ff. si cer. pet. Ægi. Per.

† Cõcor. c. q̃a circa cũ gl. sup verbo, falsa cã, ex. de ꝯsang. & affin.

Nomen, cognomẽ, ꝑnomẽn, & agnomen differunt.

† Et ẽ rõbi, q̃a nomẽ appellatiuũ tãquã naturale mutari nõ ꝑt sine mutatione essentiæ ipsius rei, cũ sit de substãtia: alĩs secus sed d hac materia vide plenius hic per Ang.

legauerit, Stichum seruum meum vernam [a] do, lego. Licet enim non verna, sed emptus sit: tamen de seruo constat: vtile est legatum. Et conuenienter, si ita demonstrauerit, Stichū seruū, quem à Seio emi: sitque ab alio emptus: [b] vtile est legatum, si de seruo constat.

*Falsa causa adiectione ita demum legatum perimitur si conditionaliter enuncietur.*

Longè magis [c] legato falsa causa adiecta nō nocet, veluti cum quis ita dixerit, Titio, quia me absēte negotia mea curauit, Stichū do, lego. vel ita Titio quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stichum do, lego. Licet.n. neque negotia testatoris vnquā gesserit Titi⁹, neque patrocinio eius liberatus sit: legatū tamen valet Sed si conditionaliter [d] enūciata fuerit cā. aliud iuris est: veluti hoc modo, Titio, si negotia mea curauerit, fundum meum do, lego.

*Hæredis seruo purè legari non potest, sub conditione potest sortitur tale legatum, si verificata conditionis tempore ab hæredis nexib. seruus solutus sit, domino autem (cuius seruus hęres scriptus fuit) indistinctè valet factum legatum: quod tamen euanescit, seruo hæreditatem iussu domini adeunte.*

An seruo hrēdis rectè legemus, q̄rit. & cōstat purè inutiliter [e] [†] legari. [f] nec q̄cquā ꝓficere, [g] si viuo testatore de ptāte hęredis exierit: [h] qa qđ [i] inutile foret legatū si statim post factū testm̄ decessisset testator, hoc nō dēt iō valere, [k] qa diutius testator vixerit. [†] Sub conditione verò rectè legat̄ seruo: vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in ptāte hæredis nō

[a] Vernam Verna est seruus ex ancilla testatoris dominatus.

[b] Emptus. Idem & si non emit: vt arg. ff. de vsuc. l. nonnunqnam. § fi. secus in uenditione: vt ff. de contrahen. emp. l. si quis fundum.

[c] Lōgè magis. Iō dicit magis: qa verba falsæ demōstrationis sūt de substātia ipsius legati: vt cum dico, Stichum vernā do lego, sed uerba falsę causæ nō ita. Itē qa causę legandi non cohærent legato: vt ff. de ꝯdi. & demon. l. cū tale. §. falsam causam. [i] Item quia hic donare præsumitur: vt ff. de condi. indeb. l. in summa. §. ei quoque.

[d] Sed si ꝯditionaliter. Not. conditio ꝑ si apponit. & ꝑ cū. vt hic. & ff. de ꝯdi. indeb. l. qui ꝓmisit. & ff. de verb. oblig. l quodcūq;. §. nō solum. nisi in casu: vt ff. de tut. l. muto. §. sub conditione. Modus ꝑ ut: C. de iis, quæ sub mod. l. ij. Causa per quia: ut hic. Demonstratio fit ostēdēdo aliquid quod non est, ut supra ꝓxi. §. & ff. eodem. l. si sic. §. 1. Circa hęc quatuor sic dicas, & primo: Falsa causa nō nocet, vt hic. Cōditio nocet, si deficiat, vt hic, & ff. si cer. pet. l. cum ad p̄sens. & l. itaq;. Modus idē qđ ꝯditio operatur: excepto ꝙ hic qđ dat sub modo, ēt ante, quā modus impleat, petit: cautione tñ interposita de modo implēdo, quod non est in ꝯdōne: ut ff de condi & demon. l. qui hæredi. §. fi. & de annu. le. l. liberto, §. Lucius. & ff. e. 3. l. si tibi. In demonstratione distingue: ut ff. eod. 1. l. si sic. §. 1. & l. non quocunque. unde uersus, Scito quod ut, modus est, si ꝯditio, quia causa uide ca. uerum. extra. de condi. appo.

e Cum ipsa. Vis facienda est in eo, φ dicit ipsa. [t] Nam alius non admittit ad tale priuilegiū agens p dote, et hæres mulieris: vt C. de priui. du. l. j. nisi sit de suis hēdib. i. de filijs & alijs descendentib. mulieris: ut C. qui pōt. in pig. hab. l. fi. in fi. Sed nunqd procuratori mulieris dat hoc priuilegium? Rñ sic vt ff. sol. inst. l. alia, & ff de proc. l. minor. §. qm: [z] Item quod hic dicit de dote sua, ideo dicit: quia aliud est in donatione pp nuptias. nam in ea non habet hoc priuilegium: [a] C q pot. in pig hab. l. fi. in fi. Sed qñ mulier pōt experiri de dote? Rñ solu matri. nō pri⁹, nisi maritus ad inopiam uergat: ut C. de iur. dot. l. vbi. & ff. sol. mat. l. si constante, in princi. & hoc siue ipsa dederit dotem, siue alius extraneus, qui tamen nun fuit pactus de ea sibi reddenda: quo casu sibi, non mulieri daretur: vt C. de rei vxo. act. §. accedit. Si autem pater mulieris dederit dotē patri actio, & filiæ simul dabitur, imò aliquātulum habet plus pater, qui agit, & filia semp creditur cōsentire, nisi habeat iustam causam ɔ̄dicendi, & contradicat: vt ff. sol. ma l 2 § si & l. non solum, & hanc dotem integram deb et seruare pater pro filia, nisi clade, id est tēpestate, vel ut patrimonium suū fuerit diminutū. ut in Auth. de æqua. do. §. quia vero omnia, coll. vij. Sed

Dotē petens mulier an p̄ferat omnib. creditorib.
[z] Quæ dictio est p̄sonalissima Mando: in Gl. Facult. §. Et p̄priū, in vers. ipsius & in §. habitu. in eo ver. Mulieris hęres i petitiōe dotis nō potiē priuilegio mulieris.
[t] Hoc est verū ī p̄curature simplici: si vero sit procurator in rē suā, distingue vt p Ias. hic.
[a] Scilicet prælationis. habet tū priuilegium tacitæ hypothecæ, vt p Ias. hic in secundo not.

nunquid patri hoc priuilegium dabit⁹ vī φ non qa sua actione agit: vt ff. sol. mat. l. a. §. volūtate. Econtra quòd sic, vī quia per hoc filiæ p̄uidet, cū pater hāc reseruare cogatur filiæ, vt dictum est, & hoc verum puto. [e] vt hic dicitur, cuius prouidentia &c.

*nulla compensationis exceptione tollitur.*

In bonæ fidei iudicijs libera potestate pmitti vī iudici ex bono, & ęquo æstimandi, quātū actori restitui [h] debeat. In quo [i] & illud cōtinet, ut si qd ī uicē p̄stare [k] actorē oporteat eo cōpēsato, [l] ī reliquū is, cū quo actū ē, dēat cōdēnari. Sed & ī stricti iuris iudicijs ex rescripto diui Marci, opposita doli mali exceptione, [m] cōpēsatio inducebāt: sed nr̄a constitutio [n] easdē compensationes, quæ iure aperto [o] nituntur latius introduxit, vt actio-

f Solius. Scilicet mulieris.
g Hoc īduxim⁹. Scilicet vt alijs p̄ferat.
¶ In bonæ. Diuidit ī tres partes. Primo qualiter cōpensatio fit in bonę fidei iud. Secundo qualiter olim, & hodie fit in stricti iuris. Tertio facit quandam exceptionem, Secūda ibi sed et in stricti iuris. Tertia ibi, excepta.
CASUS In superioribus dictum est, φ actiones sunt bonæ fidei: & ēt per oppositum patet, quæ sūt stricti iuris: quia omnes pręter eas, quæ in alijs præcedentibus §§ enumerat. Modo intendit dñs Iustinianus p̄sequi quandam largam materiam quam habet iudex in iudicija bonæ fid. Vberius enim, & pinguis exercet iudex officium suum in actionibus bon. fid. quam in actio. stricti iuris: adeo, φ ex ista exuberantia permittit iudici ex bono, & æquo in act. bo. fid. ęstimare quantū per actiones istas actori sit præstandum, in quo iudicis officio ɔ̄tinetur, vt si actor qui petit puta xv. reo teneatur in aliquo, puta in x. compensato eo, quod actor reo debet, iudex reum in solidos v. condemnabit, & fiebat ista compensatio in iudicio bonæ fidei ipso iure, sed in act. stricti iuris nō pōt habere locum compensatio, nisi opposita doli mali exceptione, & hoc erat inductum ex constitutione diui Pij, sed nostra constitutio (Dicit Imperator) induxit eandē cōpensationem ipso iure tam in stricti iuris iudicio, φ in bon. fid. vsq; ad concursum in petitione quantitatem, in omni actione, in qua petit quantū, dū tamen quātitas ex alia parte sit debita: & hoc siue sit actio in rem, siue in personam: excepta actione depositi in qua vī absurdum aliquid compēsationis nomine opponi, ne prætextu compensationis aliquis depositarum rerum exactione fraudaretur. hoc dicit Fran.
h Restitui Large accipe, siue pro dando, siue pro restituendo, ut ff. de ver. sig. l. verbū reddendi. & hoc intelligas siue in vsuris ex mora: vt ff. de vsu. l. mora. §. in bonæ fidei. siue in interesse agentis: vt ī. de obli. ex consensu, in fi. Accur.
i In quo. Scilicet officio iudicis.
k Pręstare Scilicet rei.
l Eo compensato Scilicet apposita exceptione compensationis tantum.
m Doli mali exceptione. Quæ exceptio ideo dabatur: quia dolo facit, qui petit quod restituturus est: vt ff. de excep dol. l. dolo. Et ita nota quantum ad effectum, nulla est differentia, sed quātum ad verba, vel rigurem iuris.
n Constitutio. ut C. de compensa. l. fi.
o Iure aperto. Id est vbi quantitas hincinde debet. Nam speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quantitatem, si est quantitas vs species

a Hoc verū intellige, qñ filia eēt vi ua tempore quo pł agit. aliàs secus. vt hic per doct.
[y] Illa gl. male loquitur secūdū Ias. cū leges non uerbis. sed rebus imponantur. l. ij. C. cōia de le

ad hoes, non fit compensatio, quia non patet iure aperto, ut ff. de pig. act. l. si conuenerit. t. respon. & ff. de condi. inde. l. si non sortem. § si centum. & de impē. in reb. do. fact. l. quod dr. & l. fi. & ff. de pecul: l. si creditor. §. t. Sed nonne statim hic subiicit, ꝙ actioni in rem pōt obiici compēsatio? ergo vr̄ fieri de specie ad quātitatem. Sed dic ꝙ fit rei vēdicatio, quā re non restituta iuratur in litem, uel in ueram æstimationem, ut ff. de rei vēdica. l. qui restituere. Itē quid si hinc inde debitum est in gñe, ut debeo tibi hominem, & tu mihi hominem? Rñ. fit compensatio, ut ff si pars here. pet. l. 1. §. item si cum me. ff. de hære. instit. l. qui non militabat. t. respon. & ff. de lega. a. l. vnum ex familia. §. sed si uno. Item quid si ab una parte debitum est confessatum, ab altera negatum? Respond. non patet aperto iure, unde non fit compensatio, ut C. de compen l. fi. §. pen.

Compensatio in q̄bus rebus fit.

Ac nec exceptio nō numeratæ pecuniæ ei obiici pōt. l. in contractib. §. sed qm̄. C. de non nu. pecu.

Compēsatio fit ipso iure, sed debet opponi.

nes ipso iure minuant siue in rem, siue in personam, siue alias quascunque, excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sanè iniquum esse credimus, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

ADDITIO Nisi tale debitum nōn confessatum posset de proximo liquidari, ut d. l. fi. C. de compen. quando autem oppositio compensationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum, uide hic per Doct.

Vt actiones. Accusatiui casus. Est enim sensus, ut compensationes minuant actiones.

Ipso iure. Adeo ut dixerint quidam non esse necesse uoce hominis opponi compensationem, ut hic. Sed certè imò est necessarium, ut opponatur, qđ probo trib. rationibus. Nam fideiussor conuentus eligit, vt vel quod sibi, uel quod reo debetur, compenset: quæ electio sibi non daretur si ius compensaret, ut ff. de compen. l. si quid. Item & reus conuentus eligit in quam causam compenset, si debeat ex pluribus causis, ut ff de compensa. l. quod Labeo. Item lex dicit eum malè agere, cui obiici potest compensatio, ut ff. de compen, l. uetum. § sicut. sed qui malè agit, hēt actionem, sed eliditur exceptione, ut ff. qn̄ di usufru. leg. ced. l. r. in fi. Sed secundum hanc opi. quid adiiciatur in actione stricti iuris ad id, qđ erat olim? Respond. quia doli mali tantum obiiciebatur exceptio, per quam non extinguebatur actiones ipso iure. sed nunc etiam compensationis exceptio opponitur, per quam ipso iure hincinde actio extinguitur, ut hic, & j. eod. §. pen. & nihilo minus doli, cum generalis sit, ut ff. de excep dol. l. 2. §. generaliter.

Nota illū casum & glo. ibi nor. adducit plures alios casus, in q̄b. q̄s cōpensat nō tm̄ sibi sed debitū alteri. dic vt ibi Ang.

Minuant. Scilicet compensationes.

Alias. Actiones, ut s. missas, quæ sunt quatuor, ut s. eo. §. quædam actiones. Item persecutio fideicōmissorum. Item officium iudicis, & similia, quæ actiones sunt, largissimè accepto uocabulo, ut ff. de act. & obli. l. actionis uerbo. Vnde & petitiones cautionum occasione damni infecti compensantur, ut ff. de dāno infecto l. 1. & l. qui bona. §. si quis. Accur.

Compensatio in multis casib. cessat.

ADDITIO. Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullū obstaculū est in medio, alr̄ secus, ut per Bar. in l. fi. § fi. ff. de condic. indeb.

Depositi. Quod tu intelligas, qñ pecunia nō signata est deposita, quo casu etiam similem reddere pōt, ut ff. depo. l. Lucius, & l. diem sponsaliorum. §. 1. Si aūt esset depositio facta in specie, uel in pecunia, ut in specie, quod esse potest, ut ff. de leg. t. l. planè. t. §. si eadem. versic. sed hoc ita. Tunc etiam alia rōne non obiicietur compensatio, quia in specie non fit cōpensatio. Item quod hic dicit in actione depositi, idem dicunt quidam in actione commodati, ut C. comm l. sub prætextu. Sed certè imò est ibi ratio, quia in specie fieret. Nam solæ species commodantur, non quantitates, nisi quantitas vt species commodetur, vt ff. commo. l 3. §. fin. Item cessat aliàs compensatio, ut, s. qñ per uiolentiam mihi rem abstulisti, ut C. de compen. l. fin. in fin. Itē & fisco non opponitur in quibusdam casibus: quos dic, ut ff. de iure fisci. l. aufertur. §. qui compensationem. & C. de cōpensat. l compensationes. & l. in ea. Itē in curatore, q fraudauit publicam annonam: ut ff. de cōpensatio. l. ob negocium.

Istud de violentia intelligas, vt ibi no. gl. & do. An.

*Arbitrarias actiones eas cognominamus, quæ à mero iudicis arbitrio pendent, in quib si iubente iudice reus non restituat rem, soluat, vel exhibeat, pōt iudex ipsum quantum interesse parti perpenderit, pro arbitrio condemnare. Illud tū pro viribus curet ius dicens, vt in his, alijs q; omnibus actionibus, certam ferat sententiam: etiam si petitio incerta sit.*

Præterea quasdā actio

Defraudetur. Sed nonne hæc ratio vbique potest habere locum? Respon. non ita, quia si restitutio denegatur, est dolus, ut ff. manda. l. si procuratorem. §. dolo. Item depositarius de dolo tantum aliàs tenetur. vnde si hic magis grauatur, non est mirum, ut ar. ff. de iureiur. l. eum qui. in prin.

Depositarius de dolo tātū tenetur.

¶ Præterea. Diuiditur, in tres partes. Primo quare dicantur arbitrariæ. Secundo quæ sint istæ arbitrariæ. Tertio quid iudex in his possit. Secunda ibi, Sed istę. Tertia ibi, In his enim. Aret.

Diuisio.

CASVS Præter actiones de quib. facta est mentio, s. adhuc scire dētis, ꝙ sunt quædam actiones arbitrariæ, hoc est ex arbitrio iudicis dependētes; In quibusdam. n. actionibus nisi reus actori iudicis officio satisfaciat, veluti rem restituat cum rei uend. agitur, vel rem exhibeat, cum ad exhibendum agitur, uel soluat, cum aliquid certo loco est soluendum, vel ex noxali cā seruū dedat, cum noxaliter agitur ꝯ ipsum: ille qui sic condemnatur à iudice, reus. s. si non vult satisfacere ad arbitriū iudicis, pōt condemnari, vel ad interesse, uel ut in litem ꝯ eum iuretur. & hoc dicit litera ista. præterea, quasi dicat: Istæ actiones de quibus ad præsens tractare propono, nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris: sicut illæ de quib. proximè tractatū est: sed hñt aliā quandam naturam per se, & in hac opinione fuerūt quidam antiqui. Alij dñt, ꝙ sub bonę fid. & hoc qa in istis hēt iudex largas habenas sicut in ꝯctib. bonæ fi. Sed tu dic, ꝙ censentur stricti iuris: cum inter eas, q̄ sunt bonæ fid. non numerentur. Item vr̄, ꝙ ista litera, uel ex noxali cā seruum dedat non innuat, ꝙ dominus, qui conuenitur noxaliter, præcisè condemnari debeat ad hoc, ꝙ seruum dedat pro noxa, cum lex dicat ęstimationē damni esse in obligatione noxæ, aut deditionem in liberatione, ut ff. de re iudi l. miles, § aut noxæ. Frater intellige, ꝙ facta fuit condemnatio in æstimatione damni, sed poterat euitare illā damnationem dando seruum pro noxa. vnde expone literam, debet condemnari. Vel sic potes dicere, ꝙ omnia iudicia sunt absolutoria, ideo ꝙ si aliquis alicui in veritate debet decem, qui à creditore in iudicium vocetur, & in tali statu sit, ꝙ contra eum debeat ferri sententia, si tamen ante sententiam soluerit: illud iudicium, quod debet esse condemnatoriū, modo erit absolutorium, & sic intelligo illud uerbum, iudicia sunt absolutoria. Pone ergo quòd seruus ignorante domino damnum dederit in rem alicuius: ille qui damnum passus est, agit ꝯ dominum, petens ꝙ damnum emendet, certè condēnabitur dominus ad ęstimōnē, nisi ante cōdemnationē dederit

nes ᵃarbitrarias, i. ex arbitrio ᵇiudicis pēdētes appellamus: in quib. nisi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti rem restituat, ᶜvel exhibeat, ᵈvel soluat, ᵉvel ex noxali ᶠcausa seruū dedat: ᵍcōdemnari debeat. Sed istæ actiones ⁱtā in rem, ᵏq̄ in personam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana: ˡSeruiana ᵐde rebus coloni, quasi Seruiana, q̄ ēt hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur, quod vi aut metus causa, ⁿaut dolo malo ᵒfactum est. Item cum id, ᵖquod certo loco pmissum est, ᑫpetitur. Ad exhibendum quoq; actio ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus ʳ& cæteris similibus ˢpermittitur iudici ex bono, & æquo, secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam ᵗæstimare, quemadmodum actori satisfieri ᵘoporteat.

seruū p noxa. & sum in versi. Sed istæ actiones, &c. Dixi vobis q actionum stricti iuris q̄dam sunt arbitrariæ. Istarum sunt aūt q̄dam in rē, q̄dam in psonā. Arbitrariæ in rem sunt, vtputa Publiciana, & Seruiana. In psonā sunt actiones, quod metus causa: de dolo actio, q̄ ē arbitraria actio: & actio p quā petit pecunia certo loco pmissa: & actio ad exhibēdum. Et in omnib. istis casib. & similibus pmittit iudici ex bono, & æquo æstimare, fm rei naturam in quantum actori satis fieri oportet. h. d. Franc.

a Actiones arbitrarias. Sed nunquid sunt bonæ fidei, vel stricti iuris? Respō. quidam: q bonę fidei sunt: quia in iudicis arbitrio sunt: ut j. proxi. §. in fi & s. e. §. in bonæ fidei iudicijs. Sed hęc nō valet: quia officiū iudicis, quod in bo. fid. iudicijs venit, est iure actionis. Sed hoc qđ est in arbitrio, merū est, & in iudice tm est: vt ff. de eo qđ cer. lo. l. in bonæ fidei. Alij dicūt, q nec sunt bonę fidei, nec stricti iuris: imò est tertia species ad illā diuisionem q̄ est s. e. §. actionū. & facit p eis. ff. de in li. iur. l. in actionib. §. planè. & ff. de vsur. l. in fideicommissi. q̄ est l. 3. §. in his. hāc ēt reprobat: q dicta diuisio est perfecta, & immediata. Alij dicunt, quòd verius est, q sint stricti iuri, cum bonæ fidei nō inueniatur: ut s. eod. §. actionum. Accur.

ADDITIO Hæc ultima vera est: & eam sequuntur communiter scribentes hic.

b Ex arbitrio. Bene dicit ex arbitrio. Nec enim obligatus est rem restituere, vel simile quid facere; quod promptè dices esse verum in actione in rem. In personalibus autem, & arbitrarijs, quæ hic enumerantur, dices q licet exhibitio, vel restitutio sit in obligatione; pœna tamen, id est interesse, vel quanti in litem iuratum est, non nisi per officium iudicis præstatur: & ideo arbitrariæ dicuntur.

c Rem restituat Vt in rei vendicatione, quæ est arbitraria: cum primo restituendo liberetur: aliàs iudicis arbitrio in litem iuratur: vt ff. de in lit. iuran. l. in actionibus. & ff. de rei vend. l. qui restituere vel hypothecaria: vt j. proxi. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

d Vel exhibeat. Cum ad exhibendum agitur.

e Vel soluat. Scilicet cum certo loco soluendū est.

f Vel ex noxali. Cum noxaliter agitur.

g Dedat. Id est, det. Acc.

h Condemnari. Diuersis modis fiet condemnatio: sicut diuersæ sunt istæ arbitrariæ: vt dicemus j. proxi. §. in fine.

i Sed istæ actiones. Scilicet arbitrariæ.

k In rem. Separatim intellige: nā vna, & eadē actio nō potest in rem & in personam esse, nisi in quatuor casibus mistis: ut s eo. §. quædam actiones.

l Publiciana. De qua habes s. eo. §. aut.

m Seruiana. De his duab. habes s. e. §. Seruiana. Ac.

n Metus causa. Licet sit in psonam, vt hic: tñ in rē est scripta. vt ff quod metus cau. l. metum. §. cum autem. & de hac dic ut s. e. §. item actio.

o Dolo malo. Actio de dolo est arbitraria: ut hic, qđ est ideo, quia liberatur dolosus verū interesse pstando, si restituere non possit: aliàs iudicis officio iuratur in litem: vt ff. de do. l. arbitrio. in prin.

p Item cum id. Scilicet pecunia.

q Promissum est Idem etiam si legatum sit relictū certo loco dādū: & idē si mutuū sit datū certo loco reddēdū. Nā in his tribus casibus locum habet certi condictio arbitraria: vel ex testamēto arbitraria, s. in promissione, & legato, & mutuo: aliàs non, vt ff. de eo quod certo loc. l. a. §. hæc aūt. & l. si hæres. & l. aut si.

r Et quod hic dici tur, petitur, s. alibi, quam vbi fuerat pmissum dari: & venit in ea utilitas, tā agentis, quā rei: vt j. eod. §. loco.

s Actionibus. Scilicet personalibus & arbitrarijs.

t Similibus, s. in rē, & sunt decē: de qb. dixerat s. vel dic, q aliæ sunt arbitrariæ, q̄ hic nō enumerantur: ut ecce actio in factū, q̄ dat 9 nautā, cauponē, stabulariū: vt ff. nau. cau. sta. l. 1. in prin. Sed qdam dicūt eā nō esse arbitrariā, q ibi nō fuerūt sniæ duæ, Itē est actio in factū, q dat 9 Publicanū: ut ff. de pub. l. 1. in prin. Itē actio finiū reg. l. 2. in fi. & l. 4. Itē actio redhibitoria: ut ff. de ædil. edict l. redhibitoria. Item actio ex stipulatu, q̄ p dote repetenda datur. ut ff. sol. mat. l. filiusfamilias. §. maritū. Sed certè isto casu non ideo iurat in litē: quia arbitraria sit, sed quia bonæ fidei sit: ut s. eo. §. fuerat. Item actio rerum amotarum est arbitraria: vt ff. rerum amo. l. si cum dos in fi. Ac.

u Naturā. Id est bonitatē, dicūt qdā. Vel melius, i. fm naturam actionis arbitrariæ, q̄ intēditur. Nā triplex pōt modus condēnationis deprehendi in arbitrarijs. Vnus, ut duæ sniæ ferātur, prima de restituenda re, & nisi restituatur, fiat cōdēnatio in pęnā, uel Interesse p delationē iurisiurādi in litē: ut patet ī actione, qđ metus causa, & in actione de dolo, & rei uendicatione, & in actione ad exhibendū, & similib. Est & alius modus, ut una feratur sententia & in ea statim interesse cōsideratur: ut qñ certo loco aliqd dādum est: & hoc est in ista sola. Tertius modus est, vt non in quantitate condemnationis fiat arbitriū, sed in qualitate, vt in act. noxali: ī qua arbitratur iudex an liberetur dādo seruū p noxa, qđ est qñ dño ignorāte, vel phibere nō ualēte deliqt. aliàs in solidū tenetur: vt ff. de noxa. l. a. in prin. & l. in delictis. in pri.

x Satisfieri. Sed nōne hoc idē in bonæ fidei iudicijs fit? Rñ. dic, q triplex est iudicis officiū. Primū, q obtinēt actionis vicē, p qđ officiū petuntur salaria aduocatorū, & restitutiōes maiorū, & minorū: vt ff. de mi. l. qđ si minor, §. fi. Aliud est, qđ bonæ fid. actionib. inhęret, qđ iure actionis venit: vt ff. de eo, qđ cer. lo. l. in bonæ fidei. & vna cum actione pit: vt ff. depo. l. 4. Tertiū est, qđ Ihęret actionib. stricti iuris qbusdā arbitrarijs. & hoc ex solo meru iudicis descēdit, vt qua si liberū sit ei hoc facere; sed ī actionib. bo. fid. adstringit ad hoc. Itē ī actionib. bo. fid. una fert snia. in his aūt plerūq; duæ, ut mō diligenter notauimus.

ADDITIO. Tu dic, secundū las. & in actione bonę fidei officiū iudicis eis deseruiens puenit ex natu-

ᵃ Aliàs sine ex. Quàm multiplex sit in hoc §. arbitrij significatio & qd sit arbitrari, docet hoc loco elegāter Fr. Hotomā. cui non placet opinio referētiū locū hunc ad iurisdictionē, aut merū mixtūne iperiū: qñ qdē hmōi ljtiū iudices priuati hoīes plerūque sūt, qui nec impegiū, nec iurisdictionem, sed notionē dūtaxat hēnt.

Ang. notat illā gl. p singulari: sed Ia. reprobat. ī le. hic p eā: & reprobatione quā facit istā glo. q̄ approbatī cōmuniter p doct. & ēt sequēs.

ᵃ Aduertas q Bar. in l. actionib. ff. de in l. t. Inuā. ī uersi. tertio habet locū in &c. dat vnā regulā, q oīs actio in qua res nō restituitur fm pceptū iudicis, dr arbitraria, ut index hēat prātē deferēdi iu-

gamētū in litē, & fm illud 9dēnādi, siue sit actio bo. fi. siue stricti iuris, psonalis, siue in rē, siue q̄cūq; actio sit, & allegat d. l. q restituet. qđ credo uerū pp idētitatē rōnis, q a. in oībus casib. contēnit maiestas ptoria, fm Ange.

Bar. & cōiter doctor. in d. l. si hīs reprobat istā, gl. & dīt q oīs actio stricti iuris pp adiectionē loci pt esse arbitraria ut refert hic las.

Sed gl. f. hoc edicto. ī uerbo, absoluendū. ff. de pu. tenuit 9triū: & illā sequtus Bar. post Dy. reprobat a hac gl. fm la.

Condemnatio ī arbitrarijs pt fieri triplicitet.

Officium iudicis est triplex. s. nobile, mercenariū merū & mercenarium mistum.

Natura quot modis accipiat, Mā. sup 4. cō. in versic. de sui nā. Ioā. Fa.

reprehendit hac gl. quia in arbitrariis iudex necessitatur impertiri offim 1 sed nō necessitatur ad tale, vel tale, vt hic per eum.

→ Cōcor. e. licet, in glo. super ver. possidētis. poss. princ. ex. de proba. & c. inuenis. in gl. 2. post pri. extra. de spon.

† Idē statutum est l arbitrio: per l. quod tū. §. Pomponius ff. de arbit. Porro duplicem incerti significationem quātum ad hunc tractatū attinet, vt de p Frā. Hotomā. hic.

Sententia quoq; non pōt semp esse certa.

1 Illud. exēplum de seruo cōiter reprobatur, qa in cā noxali iudex debet certā ferre sententiā, puta ad cuiē dationē damni: cū sit in obligatione illud solū ut hic per Doc.

Snia est in scriptis ferenda.

ex natura ipsarum, per quod statim, ꝙ debitor est in mora, potest condemnari ad vsuras, vel interesse, sed in actione stricti iuris prouenit ex quodā accidanti extrinseco: puta, quia non præstatur res, in qua fuit facta condēnatio. & sic illæ actiones sunt arbitrariæ.

¶ Curare. Diuiditur in tres partes. Primo mandat iudici de ferendo certā sniam: ibi, Certæ pecuniæ. Scdo limitat mandatum, si illud est possibile: ibi, Quantū. Tertio remonet vnū obiectū, ibi, Etiā si de Icerta. CASVS. Supradictæ sunt multæ diuisiones actionum. adhuc ponet plures: sed in præsenti. §. dat quendā effectum actionis, & dicit, ꝙ si quędā actio corā iudice proponatur: curare dēt iudex ut quantum possibile est, & in quantum natura actionis hoc patitur, certam ferat sententiam. h.d. Franc.

*Iudex debet ferre sententiam certam, etiam super libello incerto, si incertitudo est in potestate iudicis. h.d. Aret.*

Curare † autem debet iudex, vt omnino, quantum possibile [a] ei sit, certæ pecuniæ [b] vel rei [c] sententiam ferat, [d] et si de incerta [e] quantitate apud eum actum est. †

*Quisquis olim re, loco, tempore, aut causa plusquam sibi debebatur petiisset, totam rem amittebat: sed D. Iustiniani constitutione cautum est, vt qui loco, quantitate, aut causa plus iusto petierit, atq; ex hoc damni aliquid aduersario inferatur, eius damni triplum restituat: si autem ante tempus solutionis litem moueat, inducias, quas ex conuentione debitori dederit, vel quæ ex natura actionis indulgentur, in duplum habeat debitor.*

Si quis agens intentione sua [f] plus [g] complexus fuerit, quā ad eum pertineat, à [a] cā cadebat, i. rem amittebat: [h] nec facilè in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat xxv. ann. Huic [i] enim sicut alijs in causis causa cognita [k] succurrebatur, si lapsus iuuentute [l] fuerat, ita & in hac causa succurri solitū erat. Sanè si tam magna cā iusti erroris interueniebat, vt etiā constantissimus [m] quisque labi posset: etiam maiori xxv. ann. succurrebatur; veluti si quis totū legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus, [n] aut pars legati adempta sit, aut quibusdā aliis [o] legata data sint, quæ efficiebant, vt plus petiisse videretur petitor, quàm dodrantem, atq; ideo lege Falcidia legata [p] minuebantur. [q]

a Possibile. Hoc iō dicit, quia interdū non potest certam ferre sententiam. Quid. n. si homo in genere pmissus petitur, uel sub alternatione puta Stichū aut Pamphilū, aut damnū emendari, vel seruum p noxa dari? 1 certe iudici non est possibile ferre certā sententiam: quia natura actionis non patitur: vt infra de offi. iudi. in princ. Idem dico in hæreditatia petitione, nam sicut sufficit in libello proponere uniuersaliter, ita & in sententia, puta sic, Pronuncio te hæredem extitisse ex asse, vel ex semisse, & ideo tibi hæreditatem restituendam.

b Pecuniæ. Scilicet cum pecunia petitur.

c Vel rei. Quando alia res petitur, quę in quantitate consistat, uel non & hoc si certum est petitum, aliàs enim non tenet sententia: nisi in aliqua parte actorum res certa scripta inueniatur, ut C. de senten. quę sine cer. quant. l. hęc sententia. 1. si autem est incertum. aut certificari potest, ut si peto interesse, quod debet coram iudice probari, & deduci ad certitudinem, ut C. de senten. quæ pro eo quod interest. l unica. §. 1. & tunc locum habet hic §. aut non potest deduci in certitudinem, ut in homine generaliter petito, & similib. quæ modo diximus, & tunc non habet locum iste. §. Accur.

d Sententiam ferat. Et in scriptis, ut C. de senten. ex bre. reci. l. si nisi in quatuor casibus, ut in Authen. de mād. prin. §. si tibi. col. 2. & in Auth. ut iud. sine quoquo suff. §. necessitatem. col. 3. & in Authen. ut cler. apud propr. episc. conue. § 1. col. 6.

e De incerta. Vt de interesse.

¶ Si quis agens. Diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit id quod erat in iure antiquo, quādo plus petebatur. Secundo id, qđ est de iure nouo. Scda ibi, Et hæc quidem. Item prima subdiuiditur in tres: Nam primo ponit regulā gnālem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundo quot modis dicatur plus petere. Tertio exempla vniuscuiusque. Secunda ibi, Plus autem. Tertia ibi, Re veluti. Are.

CASVS. In superioribus dictum est de natura omnium actionum: nunc autem nihil aliud intendit legislator ostendere, nisi qualiter abusores actionū puniantur. dicit ergo, ꝙ quotiescunq; actor plus petit in intentione sua, quam sibi debeatur, quocumque genere plus petendi, cadit à causa, hoc est, rem quam petit, amittit: nec succurritur ei de facili à prętore per in integ. restitu. nisi fuerit minor. Si enim minor xxv. annis aliqua facilitate lapsus plus petierit: tunc cā cognita succurritur ei: sed maiorib. plus petentibus nullo mō succurrebatur, quin à cā caderent, nisi haberent magnam, & iustā cām erroris: tunc. n. parcendum erat eis: & de hoc ponit duo exēpla. 2 Primum est, qn aliquis maior petebat totum legatum: puta petebat legatum relictum sibi in testamento, & per errorem, cum aliqua pars legati, vel fortè solida legata in codicillis essent adempta, quia tū ignorauit, succurrebatur ei. Secundum exemplū est in maiore, qui integra legata petebat, & tamen tota erant aliis legata: ita quod locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi, s. ꝙ cadebat à causa, nisi iustam causam haberet, ut s. dictum est, sed hodie non est ita, ut habetis infra, eo. §. Et hęc quidem antea. Franc.

f Intentione sua. Id est in libello, ubi erat intentio sua. Accur.

g Plus. Etiam tempore, ut ff. de lib. leg. l. non solum. §. 1. & §. fi. nam plus quatuor modis dicitur, ut infra proxi. §. & in omnibus his locum habet, § iste.

h Amittebat. Facit j. de excep. §. temporales. a & quod hic dicit in priuato, idem erat in fisco, ut C. de iu. fis. l. iustas. • lib. 10.

i Huic. minori vigintiquinque annis.

k Causa cognita. Bene dicit causa cognita. Nam omnes in integrum restitutiones causa cognita permittuntur, ut ff. de in integ. resti. l. omnes. Ac.

l Iuuentute. Id est, facilitate sua: idem multo magis, si dolo aduersarii, ut ff. de mino. l. 1. Accur.

m Constantissimus. Quia errauit in facto, in quo prudentissimi falluntur, ut ff. de iur. & fact. ign. l. 2.

n Quibus. Scilicet codicillis.

o Quibusdam aliis. Scilicet legatariis.

p Legata. s. ea quæ sibi in testamento relicta sunt.

q Minuebantur. Nam tot erant legata, ut lea Falcidia locū haberet. i. oportebat, ut legata defalcarētur.

a Aliàs sine à.

2 Aduertas ꝙ litera ibi dicit, ꝙ induciæ duplicātur, & ꝙ postea nō cogitur litē suscipere, nisi refectis sibi expensis. & idē dicit tex. in c. 1. ex. de plus peti. Ang.

• Addas & hoc cū hac gl. ꝙ d. l. iustas, hodie sit correcta, tenet gl. I d. l. iustas vbi Bart. Nicol. de Neapo. & Iaso. hic quamuis ꝯ tenuerint Ios. Fab. Ios. de Pla. & Ang.

ad hoc, nt haberet hæres Falcidiam: quia dodrantē eacedebat. vnde hæres debet detrahere Falcidiā: vt ā ad l. Falc. §. 1.

¶ Plus autem. CASVS. Domine ā. dixistis, ꝙ quicunq; petebat plus quocumque genera petēdi plus, cadebat à causa, & sem amittebat, nisi iustus error eū excusasset. Sed dñe, cum plus pluribus modis peti possit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc rñd. Dñs Iustin. sic: Quatuor .n. modis plus petitur re, tempore, loco, causa. Re, vt si ille cui debentur decem, petat xx. vel xxx. vel si ille cuius fundus est pro parte, totum petat: petit plus re. Tempore de hoc habuistis exemplum de eo, cui aliquid debet in diem, vel sub cōditione, si ante diē, vel conditionē existentē petat. Et sum in versic. loco plus petitur. Supra vidistis duo exempla, ī qbus plus petitur, scillcet re, & tempore. modo videatis exemplum de eo q plus petit loco: & est exemplū in eo, qui quod certo loco stipulatus ē sibi dari, petit in alio loco, nulla facta cōmemoratiōe de loco in quo ꝓmisit ꝓmissor, vt puta si aliquis stipulatus fuerit à Titio aliquid sibi dari Ephesi, & illud petat Romę sibi dari, ille plus petit loco, eo ꝙ aufert cōmoditatē, vel vtilitatē ꝓmissori, quā habuit rōne loci, in quo promisit. Vñ in isto casu habet locū actio arbitraria loci in qua hēbitur ratio utilitatis, q̄ con petitura esset ꝓmissori, si soluisset loco illo, in quo promisit se soluturum. Et illa vtilitas in mercibus, veluti in frumento, oleo vino: & in alijs mercib. bene apparet. Merces enim in diuersis regionibus diuersa habent ꝓtia: vñ si modia frumenti ꝓmisi tibi Ephesi, & tu petas ea Romæ, aufers mihi magnā vtilitatē. modiū .n. qd nō ealebat Ephesi nisi .x. valet fortè Romę xv. vel xx. & illius utilitatis habebit rō. Sed domine, qd dicetis vos de pecunia? Rñ. idē dico tibi de pecunia: q̄a plus expedit promissori pecuniā soluere in vno loco, quā in alio, eo ꝙ in vno loco pōt pecuniā sub leuioribus vsuris habere, quàm in alio. Sed qd si is q alio loco certo sibi aliquid dari stipulatus est, in eodē loco pecuniā petat, quo sibi ꝓmissa est? Resp. tōc rectè agit, nec habet locum arbitraria loci: quia loci commoditas est salua promissori.

*Sūmatus est iste §. sup. tamē specialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, s. re, tēpore, loco, & causa: & primò tres primos modos exemplariter declarat. Ang.*

Plus autē quatuor modis [a] petitur: re, tempore, loco, & causa. Re, veluti, si quis pro decem aureis: qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam vel maiorem partem suam esse intenderit. Tempore, veluti, si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua. n. ratione, qui tardius soluit, quam soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadem ratione, [b] qui præmaturè petit plus petere [c] videtur. Loco plus petitur, veluti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione [d] illius loci, in quo sibi dari stipulatus est. Verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit: Ephesi dare spondes? Romæ purè intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem quam haberet promissor, si Ephesi solueret, adimit [e] ei pura intentione: propter quam causam alio loco petenti arbitraria [f] actio proponitur: [g] in qua s. ratio habetur vtilitatis, q̄ promissori [h] cōpetitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopōdit. Quæ vtilitas plerumque in mercibus maxima inuenit, veluti vino oleo, frumento, q̄ p singulas regiones diuersa habēt precia. Sed & pecuniæ numeratæ nō ī omnibus regionibus [i] sub eisdem vsuris fœnerant. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo vt sibi detur, stipulatus est, pura [l] actione rectè agit, idque etiam ꝓtor monstrat, scilicet, q̄a vtilitas soluendi salua est promissori.

*Summatus est iste §. suprà tamen specialiter hic declarat per exempla, qualiter plus petitur causa, vnde nota, quòd in alternatiuis contractibus in dubio est electio debitoris, con cor. l. plerumque, in fi ff. de iure dot. Aret.*

a Plus autem quatuor modis. Vt omnibus his modis à causa videantur cadere iure antiquo. vnde isti quatuor modi plus petendi patent in hoc versu, Plus petitur causa, vel tempore, reque, ideoque.

b Ratione. A simili per contrarium.

c Petere. Vt hic, & ī de fideicomm. §. non solum.

d Sine commemoratione. Id est, sine vtilitate rei debitę, vel interesse rei. nā est habenda rō eius utilitatis, si sua iter sit ī loco destinato potius cōueniri. Vel sine commemoratione, id est, mentionem faciente de ipso loco. nam locū ipsum vbi erat facienda solutio, in libello ponere debet sic, peto vt decē mihi soluas hic, vel ubi soluere promisisti: vt hic, & ff. de eo qd cer. loc. l. 2 §. fi. post hæc nisi soluat, poterit eū conuenire vbicunq; voluerit dūmodo cōuentus habeat ibi forū, nō alias: vt ff. de iud. l. hæres absens. in fi. Sed Pla. dicit, quòd scilicet ubicūq: poterat eū cōuenire, potest ibi etiam, ubi non habeat forū. & est pro eo. ff. de ind. l. cum qui, & ff de consti. pe. l. si duo. §. sed & certo. Sed certè qd' dictis legibus dicitur, vt quolibet loco possit cōueniri, uerum est idoneo, ubi conuentus habeat forū: ut ff. de muoe, & hono. l. 1. gradatum. §. 1.

e Admit. Id est adimere desiderat, non tamen adimere potest.

f Arbitraria. i. utilis certi cōdictio ex stipulatu, ubi stipulatio intercessit, ut hic fuit: uel utilis certi cōdictio ex mutuo, ubi mutuū erat datū certo loco reddendū, uel utilis actio ex testamento, ubi legatū est dandū certo loco. Nec enim est proprium nomen actionis: vt ff. de eo quod cer. loc. l. a. §. hæc autē actio & l. si hæres. & l. ant si mutua. Acc.

g Proponitur. Id est, tribuitur, uel datur: ut ff. de eo quod cer. lo. l. quod si Ephesi.

h Promissori. Sed & actoris utilitas attenditur, & utriusque utilitas simul attenditur, ut ff. de eo, quod certo lo. da. opor. l. a. t. respon.

ADDITIO. Dic ꝙ interesse rei, si conueniatur in alio loco, semper æstimantur: sed nō actoris: nisi reus fuisset in mora uel culpa: ut no. gl. Bart. & doct. in d. l. a. in prin. Ang.

i Quære Io. Fab. si ē nororiū ꝙ vtilius est debitori soluere in loco vbi agitur, quā in loco conuēto, sic nū quid debeat actor mentionē facere de loco conuēto, & dicit ꝙ sic, quia petitor sp̄ dēt narrare formā obligationis, vt j. pxi. §. in fine. Itē quia aliqñ expedit. & facilius ē debitori soluere', qꝫ damnosius est sibi, j. e. §. præterea agitur, in fi. Ang.

k Alias, nō est, regionib.

l Pura. Id est, non habita mentione, uel ratione loci vbi erat facienda solutio, ut diximus ī eo. §.

* Sane si talis sit cōditio, quę oīno extra rura est, nec vllū diē in se cōtineat, pura est oblīo, per l. in i la stip. ff. de verb. obl. Dies. n. solutionis, ē pars obligationis, nō secus ac summa ipsa. l. t. §. 1. ff. de eden.

Huic

¶Huic autem. CASUS. Supra dictum est quod quocunque genere plus petendo olim plus petebatur, cadebat a causa, & rem amittebat plus petens, qualiter autem plus petebatur re, uel tpe, uel loco, dictum est supra. Modo dicit dominus Iustin. quare plus petitur cã, & de hoc ponit duo exempla: onom io isto §. & allud in se quenti. Primum exemplum est tale. Siquis est stipulatus Stichum, aut decẽ, uel uiginti aureos, & post ea petit Stichum praecisè, plus petere cã videtur. Habuit.n. electionẽ promissor soluendi decem, uel Stichũ. vnde cum praecisè petat unum adime re sibi uidetur electionem, quod ita plus petere cã vi,& ita olim cadebat à cã. Quid ergo debet facere stipulator? quid petet? Respon. secundum qualitatem contractus debet facere libellũ, & hoc est optimum verbum, quotidianum: hoc est, eodẽ modo, quo stipulatus est. vnde quia stipulatus est alteruatiuẽ debet libellum suum conficere, uel formare. Et sum in vers. Praeterea si quis. Tu habes unum exẽplum de eo qui plus petit cã. Hic ponit dñs Iu stin. aliud exemplũ de eodem. Plus enim petit cã ille, cui bonum in genere promissum est, si bonũ nem certum petat, & similiter est in vi no, & in purpura, & in aliis. Generaliter.n. qñcunque aliquid debetur in gñe: si certum quid petatur, plus peti vr. Videtur.n. promissori adimere electionem, vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis: hoc verum est: qñ aliquid in genere promissum est, & ille cui promissum est, certum petit, quia tunc si preciosissimum pe tat, plus petere cã videtur. Sed quid dicetis uos do mine, si aliquid in genere esset promissum, & ipse praecisè petat illud quod vilissimum est in illo gene re: videtur ne plus petere. Respon. q sic, quia adhuc electionem soluendi promissori adimere videtur. Saepe enim accidit, vt promissori facilius sit soluere illud, quod maioris precij est. Omnibus ergo litis mo dis dicitur plus peti, & quocunque illorũ modorum plus petebatur, cadebat plus petens à causa. Hodie non est sic, ut patet in proximo. §. Franc.

ᵃQui causa. Hanc causam, electionem iam vocabis.

ᵇElectio. Nisi cum iam unum interiit, tunc.n. alterum, quod superest praestabit, vt ff. de eo quod certo loc. l. non utique §. qui Stichum, & facit ad hunc §. ff. de iur. do. l. plerumque. in fine.

ᶜ Eripit. Id est, eripere vult.

ᵈ Facit. Id est facere vult.

Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is, qui causa, ᵃ plus petit. vt ecce si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere stipulationis promissoris est electio, ᵇ vtrum pecuniam, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit ᶜ electionem aduersario, & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, ᵈ aduersarij vero sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est ᵉ actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari opor tere: i. vt eodem modo petere, quo stipulatus est. Praeterea ᶠ si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat, aut generaliter vinũ stipulatus sit, & specialiter Campanũ petat, aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, quia electionem aduersario tollit, ᵍ cui stipulationis iure liberum fuit, aliud soluere, q̃ quod peteretur. Quinetiam licet vilissimum sit, qd quis petat, nihilominus plus petere intelligitur, quia saepe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, qd maioris pretij est. ʰ

*Summarius est is. §. in §. si quis agens: tamen specialiter hoc habet. Hodie contra plus petẽtem tempore, duplicantur induciae: & fit condemnatio ad omne damnum litis: petens vero plus alijs modis, in triplum sumptus, quem sustinuit reus, litis nomine, est cõdemnandus. Angel.*

Sed haec quidem ⁱ antea in vsu fuerant, postea vero lex Zenoniana, ᵏ & nostra ˡ rem coarctauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat, Zenonis diuae memoriae loquitur constitutio. ᵐ Sin autem

ᵉ Prodita est. Id est datã. Et est actio ex stipulatu hoc mo do, (alternatiuẽ scilicet) ponenda, vt dr hic.

ᶠ Praeterea. Hoc est aliud exemplum, qualiter causa plus petitur.

ᵍ Tollit. Id est, tollere vult.

ʰ Maioris precij & Facit ad hoc ff. loc. l. Item quaeritur, §. j. & ff. de cond. & de monst. l. quod tradi tum est, & l. seq. & ff. de in diem addi. l. si venditor. §. sed si neuter, & ff. de v. fo & hab. l. fi. & ff. de vsufruc. l. ha. ctenus. §. fi. & l. seq.

¶Sed haec quidem. CASUS. Ab illo. §. si quis agens, vsque nunc, solum habitis, q quatuor sunt modi plus petendi, & quicunque aliquo illorum modorum plus peteret, cadebat à cã sua. pp qd dicit dñs Iustin. hoc vt loquitur, & correctione dignũ, vt dicit: haec antea in usu fuerant, sed postea lex Zenoniana & nostra constitutio hoc stetuerunt. Et hodie obtinet, q nullus à cã cadat, si q plus petit tpe, aut alio modo. Sed si plus petatur tpe, tunc in poenam petentis plus tpe, duplicabuntur induciae: ita q si illud, q post annum debatur, incontinen ti petat non poterit illud petere nisi post biennium, & etiam necesse habebit adhuc soluere oẽs expẽsas quas in lite reus fecerit. Si autem re, vel loco, vel cã plus petat? Respon. Impe. q tunc omne damnũ, quod sustinebit reus per pluris petitionem, resarciet sibi actor in triplum. h.d. Sed vr per hoc, quod di hic, q non habebit locum id C. de plus pet. l. voica. Respõ. imò, quia titu. ille in alio casu loquitur, ut patet in apparatu. propter mendacium enim ibi punitur.

ⁱSed haec quidem. Scilicet quae diximus, vt plus pe tendo cadat à tota causa, ut §. eod. §. si quis agens.

NOTATIO. Et consuluit dominus Ias. ad euadendum istas poenas, q in libello semper adijciatur illa salutaris clausula: saluo iure superflui, &c.

ᵏ Lex Zenoniana. s. Graeca, quam non habemus. Accur.

ˡ Et nostra. Scilicet Graeca, quam non habemus.

ᵐ Constitutio. Scilicet Graeca, ut diximus, cuius sen-

Tu vel rò pro ha ius decla ratione videto Bar. in l. Stichum aut Pamphilum, in prioc. col. 2 ver. reassume ergo. ff. & sol.

Ista fuit bene fa ctenus cir ad propositum nihil fa ciunt. Ias.

tentia est, vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expensæ sibi restitui, ut j. de exceptio. §. hodie autem.

a Quantitate. Et sic re.

b Alio modo. i. loco, vel causa, ut sup. §. plus aût. Ac.

c Diximus. Vt s. e. §. tripliei. & ibi hu- ius nostræ constitu- tionis Græcæ sñia recitatur. sed si non solum petiit, sed et cautionem exegit post litem contesta- tam, amittitur debi tum & hodie, vt C. de plus pet. l. 1. q est huic contraria. Si ante litem conte statam pœnitetet, nõ punitur: qa non petit, sed petere vult vt ff. rem ratam ha- be. l. amplius nõ pe- tit. & in dicta l. C. de plus pet. l. 1.

d Puniatur. Scillicet conditione ex lege illa Græca cu- ius effectum habui mus. s. eo. §. tr. pli. & in hoc §. plus autê. q §. minus. Diuidi- tur in duas partes.

quantitate, a vel alio modo b plus fuerit petitum: in omne, si quod fortè damnum ex cã acciderit ei, contra quê plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicut supra diximus) c puniatur. d

*Qui minus quàm sibi debe- retur, iudiciali libello petierit, nihil prohibet, quin coram eo- dem iudice quod reliqui est pe tere possit: idem quoque iuris est in eo, qui errans aliud pro alio sibi deberi intenderit, cui etiam in eadem instantia erro- rem corrigere conceditur.*

Si minus a in intêtione e sua complexus fuerit actor, q ad eũ ptineat: veluti, si cũ ei decẽ aurei deberêtur, quinq; sibi dari oportere intêderit: aut si cũ totus fundus eius esset, partem dimidiã suam esse petierit: sine periculo agit. In reliquũ n. nihilo min⁹ iudex aduersariũ in eodẽ iudicio f ei cõdẽnat ex constitutione g diuæ memoriæ Zenonis.

*Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Arc.*

Si quis aliud pro alio intendit: h nihil eum periclitari placet: sed in eodem iudicio i cognita veritate, errorẽ suũ corrigere ante litem, ut dicunt, & est pro eis. ff. de no xa. l. in delictis. §. si detracta. & sic intelligunt. C. de eden. l. edita. Altera ratio est, quia ẽm eos, & in hac sñia fuit dñs M. sed certè, secundum eos ẽm potest quis immutare libel- lum, nisi usque ad litem contestatam, nec etiã hodie post detum libellum, quia sic dicit auth. quod nõ habet necesse in primo libel lo persistere, ut in Auth. de litig. § om nem. colla. 5. item, quia non vĩ in indi cium venisse, quod post litis contesta- tionem contingit, ut ff. de iud. l. nõ potest. & ff. de exce. rei iudic. l. cum quæri- tur. & l. egit. Nec obst quod hic dicitur, & quod dicit, eodem iudicio. Nam dic, id est, coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hanc causam, s. pp. ic en titatem personarum, etiam ubi prorsus aliud peti- tur, tamen dicitur iudicium idem, ut j. proxi. §. item nou obstat ff. de noxa. l. in delictis §. si detract. quia ibi ex eadem causa, & eadem actione, & ad idem agebatur licet esset uariatio in quodam beneficio, quod dominus habet per legem, ut possit pro noxa dare, ut j. de noxa. act. § in summa & ff. de re iudi. l. miles. §. 1. Item alia ratio non est bona, quia non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudex iudicare & pronunciare, ut ff. de off. præs. l. illicitas. §. ueritas. nisi habeat conscientiam ut iudex ut in dicta l. & ff. finium regund. l. si irruptione. §. ad officium, & hoc in singularibus iudiciis. Sed quid in vniuersalibus? Respon. potest in eis adiici quandocunque ante sententiam, ut ff. de petit. hær. l. 4. & l. si quo tempore, & sic intelligitur. C. de appela l. fin. § fin.

e Intentione. i. in libello intentionis, & hoc per errorem sc. n. scienter, donare præsumitur, ẽm quosdã. Sed ʒ, puto q nunquã donare psumatur, nisi tunc qñ traditio sieret ab eo, qui donare psumitur, ut ff. de re. iur. l. cuius per errorê. hic aũt non erat datio, sed qdã abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat, qui agit, siue non, tempore cepti iudicii, locum habet. §. iste.

AUDITIO. Ista gl. in sc. & relata ad tex. nostrum est uera, & secundum l. unica, & singularis, non tamen est simplicitet uera inquantum dicit, nunquã præsumi donationem, nisi interueniat traditio, prosequetur ut per eum.

f In eodem iudicio. i. quandocunque ante litem reliquum petierit sine noua contestatione, secũdum quosdã, ut hic dicitur, & hoc propter duas rationes falsas. Vna, quia potest emendare libellum quando-

g Constitutione. Scilicet. Græca, quam non habemus. Accur.

CASVS. Si quis aliud. Supra uidistis, quid iuris de eo qui plus petit. Sed quid si aliquis aliud pro alio petierit, uel si unam actionem pro alia proposuerit? Respondet q non propter hoc periclitabitur ei aliquid, sed in eodem iudicio cognita causa, errorem suum corrigere potest. h. d. Franc.

h Intenderit. Scilicet sibi deberi.

i In eodem iudicio. Id est apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium, pp identitatem personarum & iudicis: tñ uere aliud est. Sed nunquid non dilationes dabuntur? Rñ. si pt esse instructus ex petitione prima, etiam ad secundam non dabuntur, cũ necessariæ, non voluntariæ sint dandæ dilationes, ut C. de dila. l. 1. Nam si primo egit actione ui bonorũ raptorum, & postea mutetur, & agatur actione furti satis pôt esse reus instructus. Si aût sunt diuersæ petitiones, ut in hoc §. dr, nouæ dilationes dandæ sunt, vt C. de dil. l. 1. Item nũquid iterũ de calũnia iurabitur? Respon.

